


COMPENDIOLVM
REGNORVM
SLAVONIAE, CROATIAE,
DALMATIAE,
GALLICIAE, ET LODOMERIAE,
MAGNIQVE PRINCIPATVS
TRANSILVANIAE
GEOGRAPHICVM.

SVPPLEMENTIS ET NOTIS BREVIBVS
ILLVSTRATVM.



POSONII, ET CASSOVIAE
Sumptibus JOAN. MICHAEL. LANDERER,
NOBILIS DE FISCUT.

MDCCLXCI.





LECTORI BENEVOLO SALVTEM.



Accipe, lector benevole,
compendiolum regno-
rum Slavoniae, Croa-
tiae, Dalmatiae, Galliciae, Lodomeriae,
et magni principatus Transiluaniae geo-
graphicum, quod compendio Hungariae
geographicō supplementi instar subne-
ctitur. Caussa, quae ad euulgandum
illud me impulit, illa princeps est, vt
iuuentus scholastica in scholis patriae

PRAEFATIO.

in geographiae studio instituenda, non quoad Hungariam tantum, sed etiam quoad regna, quae nunc ad eandem pertinent, filum aliquod, licet tenuissimum, habeat.

Ita fiet satis benignae ordinationi Augustae Reginae Apostolicae, Summae Musarum Altricis, quae depositit, ut adolescentuli in scholis patriis ad eruditionem praeparandi, praeter Hungariae, regnum quoque nunc commemoratorum, notitiam geographicam mature sibi comparent. Hanc vero supremam Augustae Reginae voluntatem, lector beneule, facile ex libro, qui sequentia verba a fronte habet: *Ratio educationis, totiusque rei litterariae per regnum Hungariae, et prouincias eidem adnexas,* T. I. §. 124. 131. cognosces.

Cum

PRAEFATIO.

Cum vero eadem ordinatio non nisi Augusto mense mihi iunctuerit, et nouum geographicum compendium, quale scholae hae depositum, ad initia mensis Nouembris, pro inchoando novo studiorum cursu destinata, elaborari, atque typis edi non potuerit: non dubitaui, capita haec ex Cl. Joannis Seuerini introductione in orbis antiqui et hodier- ni geographiam Szafszkyanam, quae nunc hoc prelum deseruit, excrivere, variisque notis atque additamentis lo- cupletare. Id autem dedi operam, ut fontes, ex quibus geographia regno- rum horum diductius hauriri poterit, genuine indicarem, quod docentibus in- primis non poterit esse ingratum.

Ceterum, in tota descriptione pro- vinciarum, vrbium, ac locorum memo-

PRAEFATIO.

rabilium, ita versabar, ut verba, quibus laudatus auctor usus est, studiose retinuerim, neque aliqua Transilvaniam si excipias, immutauerim.

Quae praeterea, qualicunque mea industria sunt adiecta, illa in parenthesim reiicere volui; ne aberrationes, quas vix effugi, neque Cl. Auctori, neque alteri, quam mihi tribuantur. Optasse, ut mappulas geographicas tales, in quibus loca omnia, quae recenseo, adcurate expressa forent, exquirere potuisssem. Sed; cum in effectum in praefens id mihi adducere non licuerit, spemque habeam fore, ut cuiusvis comitatus Hungariae, et prouinciarum, quas Slauonia, Croatia, Dalmatia, Gallicia, Lodomeria, atque magnus principatus Transilvaniae, finu suo

com-

PRAEFATIO.

complectuntur, immortalis Augustae et illustris societatis, quae ex illius praescripto rem studiorum, et litterarum in Hungaria dirigit, atlas geographicus Hungaricus proxime adcuretur: maiorem in modum, te, lector beneuole, rogo, ut interea temporis, mappis geographicis, quae haberi possunt, vtaris.

Vltimo, magistros studiorum, qui in manuducenda iuuentute ad patriae nostrae, adnexorumque illi regnum notitiam geographicam manuduxerint, adloquor, atque oro, ut errores, qui in genere hoc librorum vix ac ne vix quidem euitari possunt, diligenter annotent, et, si placuerit, mecum communicent, quo editioni libelli, si noua aliquando procuraretur, huic, lima felicius admoueri possit. Modum, quo

PRAEFATIO.

auxiliares manus in hoc instituto porrigerere, illis, mihiique, possent, non erit necessum commemorare. Illi, qui munera publica in prouinciolis ac comitatibus sustinent, eo etiam beneuolentiae genere de publico bene merebuntur, si symbolam suam grati liberalesque ad aberrationes expungendas contulerint. Iam, lector beneuole, age diu feliciter, vale. Posonii die 1.
Octobr. anno 1777.



COM-



COMPENDIOLVM
REGNORVM
SLAVONIAE, CROATIAE,
ET
DALMATIAE
GEOGRAPHICVM.

§. 1.

Illyricum, tempore antiquo, per praecipuas occidentalis, atque orientalis Romanii imperii prouincias prorogatum, hodie pro imperii ratione, in Hungaricum, (Venetum), atque Turcicum distinguitur.

§. 2.

Illyricum Hungaricum, a Danubio, vsque ad mare Adriaticum, inter Draum, Sauum, & Vnnam fluuios extensum, tribus absolu-

tur regnis, vtpote : Slauonia, Croatia & Dalmatia.

S. 3.

Mare Adriaticum, quo Croatiae & Dalmatiae littora coercentur, Romanis, mare superum, Italis, Golfo di Venetia, dicitur, quod, cum mari Ionio copulatum, maris mediterranei excessus est.

S. 4.

Fluuui maiores, qui Illyricum Hungarorum interfluunt, sequentes numerantur.

- 1.) *Drauus*, die *Drau*, in comitatu Tyrolensi ortus, superius Slauoniae latus substringit, apud Petri Varadinum in Danubium effusus (vno & fere medio milliari infra Eszokinum).
- 2.) *Sauus*, (Sova in antiquis documentis) die *Sau*, ex Carniola in Danubium, per australem Slauoniae oram decurrit, misceturque, apud Belgradum, Danubio, quem binominem efficit.
- 3.) *Colapis*, die *Kulpa*, ex Croatia trans Sauana, in Sauum apud Siszekum exit.
- 4.) *Unna*, die *Unna*, Croatiae, atque Bosniae definitior, orientale regionis latus claudit, & apud Iestenouam, in Sauum mergitur.
- 5.) *Cherca*, die *Kerka*, *Drinus*, *Naranna*, *Maracca*, itidem Dalmatiae riu, in mare Adriaticum effunduntur.

S. 5.

S. 5.

Quod ad naturalem Illyrici Hungarici statum adtinet.

- 1.) Regio, a Drauo amne, ad mare Adriaticum, protracta, pro coeli, folique in-dole, fertilis est, ea tamen parte, qua pelagus contingit, minus salubris.
- 2.) Ager eius, non minus annibus pisco-sis, quam montibus, collibusque grami-nosis, & lignorum fera-cibus discretus, fru-mentum, vinum, oleum, metalla, quae ta-men olim a Romanis maiore diligentia, quam hodie fit, colebantur, res item ad vi-cium, & amictum necessarias, affatum pro-fert.
- 3.) Incolae Slauonico orti genere, pro re-gionum diueritate, in nationes varias distinguntur: iisque Hungari, Germani, Venetae, atque Turcae intermiscentur etiam.
- 4.) Gens Illyrici Hungarici Slauonica (quae primas in regnis his tenet) in quatuor na-tiones principales dispegitur.
 (a.) Slauini, qui, cum Serbiis seu Rascianis in vnum coahuere populum, quibusdam permixti Hungaris, Germanisque, Sla-uoniā incolunt. (a)

(b)

(a) Slauoniam inter Drauum & Sauum positam, fere semper Slauiae originis populi incolebant; quod ex historia facile potest probari.

- (b.) Croatae, per Croatiam & Slauoniam prorogati (b) Germanorum & Valachorum augentur coloniis.
- (c.) Dalmatae, quorum Vscoci, id est, perfugi, ferum hominum genus, predauici appellati, & Morlachi, hoc est Mauro Valachi (nigri Itali) pars sunt Venetorum, Turcarum, et Albanorum, colonias intersertas habent.
- 5.) Sermo Illyricus, quo nationes Illyricae loquuntur, Slauonicus est; pro ratione tamen dialecti, in Dalmaticum, Croaticum, et Serbicum, seu Rascianicum, diuisus. Nam vero Croatis et Rascianis, Hungaricus ac Germanicus; Dalmatis, Italicus, atque Turcicus; Valachis autem, qui in agro Illyrico confederunt, Valachicus familiaris est.
- 6.) Vestem Croatae et Rasciani, Hungaricam, Dalmatae, Venetam, atque Turcicam; quidam autem genti suae, more antiquo, propriam induunt.
- 7.) Occupantur Illyrici omnes rusticatione, negotiatione, militia, Dalmatae vero nauigatione quoque.

§. 6.

(b) Croatae ex septentrione aduersus Auares euocati, saeculo VII. in regione hac sedes posuerant, quod ex Byzantinis scriptoribus docetur. Balth. Adam. Kercselich in noritia praeliminari de regnis Dalmatiae, Croatiae, Slauoniae (Zagrabiae in fol. 1769.)

§. 6.

Quoad statum ciuilem , eumque cuilibet regno proprium :

- 1.) Regimen Slavoniae et Croatiae , quod cum Hungarico , atque Stiriaci regimine coniunctum , et augustae domui Austriae iure hereditario concessum est , (c) pro administrationis ratione , bifariam distinquitur 1. Croatico Hungaricum , Croatiae , Slavoniae et Dalmatiae prorex , seu banus (d) regis Hungariae nomine , ad normam legum Hungariae , et Illyrici prouinciarium administrat . 2. Croatico Stiriaci regimi , Stiriae , Croatiae militaris littorisque Adriatici , praetor , seu gubernator , adaeque regis Hungariae potestate moderatur .
- 2.) Regimen Dalmatiae , pro diuersitate ditionum , triplex est , 1. Venetam Dalmatiam praefecti , seu prouisores , reipublicae Ven-

ne-

(c) Et quidem ad ius primogeniti reuocatum , vi celebris illius sanctionis pragmaticae , quam ordinis Slavoniae & Croatiae , iam anno 1713. adeoque , primi inter omnes augustae domus subditos , acceptauerant .

(d) Prisca aetate varia ratione regebantur . Banū interdum principibus regiis , qui duces vocabantur , suberant . Solebat vero inprimis alter natu regis filius , Illyrico , prisca aetate praefici . Banus aliquando omnibus tribus his regnis praeficiebatur , & totius Slavoniae banus vocabatur , interdum tres bani , tribus his regnis , dabantur , quod ex historia erit condiscendum .

netorum nomine, administrant. 2. Turcicam Dalmatiam, praetor, seu bassa, Turcorum imperatoris auctoritate dirigit. 3. Ragusanae Dalmatae magistratus cum rector, qui quolibet mense eligitur, sub regis Hungariae, imperatoris Turcorum, & Venetorum reipublicae clientela, moderatur.

- 3.) Optimates Croatiae, Slavoniae & Dalmatiae Hungaricae, in ecclesiasticos (*e*), magnates (*f*), nobiles, atque liberos regiosque ciues distincti, eodem, quo Hungari, status iure gaudent.
- 4.) In comitiis provincialibus, quae, ex quatuor regnorum ordinibus coguntur, specialia provinciarum negotia auctoritate deciduntur regia. Ad universalia regnorum
con-

(*e*) Ecclesiasticorum, in regnis his multos fuisse, testantur, tot tantique episcopatus, qui hucdum ibi numerantur. Episcopi vero Illyrici, redditibus & iuribus, episcopis Hungariae longe erant inferiores, quod *Ludovicus Tubero in commentario de temporibus suis Lib. IV. §. 10.* testatur. Colomannus, subacta Croatia & Dalmatia, episcopis illa iura concepit, quibus episcopi iam antea in Hungaria gaudebant. *Johann. Lucius de regno Dalmatiae Lib. III cap. + in collectione scriptorum rerum Hungaricarum Schwandneri Tom. III. pag. 188.*

(*f*) Comites olim in Croatia, atque Dalmatia, & multi erant, & potentes, inter quos Breberienenses, Frangepanii & Zrinii in primis inclaruerunt. Recentiori aetate Erdödii, Draskovichii, Keglevichii, & alii, se insignes reddiderunt.

coniuctorum, quae in Hungaria haberi solent, comitia, ordines Illyrici, per delegatos, comparent. (g)

5.) Iustitiam administrandi ratio, eadem est in Slavonia, et Croatia banali, quae in Hungaria. 1. Forum namque primum est, partim in ciuitatibus liberis; a quo cauſſae ad magistrum tauernicorum, prouocantur, partim in ciuitatibus, a quibus cauſſarum ab tabulam banalem prouocatio lege antiqua conceditur. 2. Forum banale, cui banus regia praeefit auctoritate, transmissas ex comitatibus, aliasque cauſſas grauiores, statu examinat tempore; easque interdum ad curatioris reuisionis cauſſa, Pestinum, ad regiam, et inde, ad septemuiralem transmittit tabulam. Breuiter: in Slavonia in primis est tabula banalis, iudicaria, et sedria, hoc est, sedes iudicaria comitatus. (Anno 1767. augusta regina excelsum consilium regium in Illyrico suo condidit, quod, ea potestate est praeditum, qua excelsum.

(g) In decretis regum Hungariae ea, quae regna haec concernunt, etiam concludi solent. Habentur tamen peculiaria etiam decreta, quae regna haec concernunt. In corpore certe iuris Hungarii P. I. p. 366. decretum seu constitutiones, in congregacione generali vniuersitatis dominorum & nobilium regni Slavoniae anni 1538. deprehenduntur. Comitiis anni 1764. qui ex parte ordinum Slavoniae & Croatiae interfuerint, ex actis comitii quis patet.

celsum consilium regium Hungaricum ab anno 1723. pollet. Anno 1779. sublatum est.

6.) Reditus regionis, qui ex tributo (*b*) vescigali, commerciis rerum, et rei agrariae, atque pecuariae procuratione, emanant, inter Hungariae regem, Venetos, Turcos, ac Ragusanos, pro rata ditionum parte, dividuntur.

7.) Vires Illyrici Hungariae, bello Bauarico anno 1742. maxime sunt cognitae. Ez sola namque Croatia, amplius quinquaginta, ex Slavonia, propemodum viginti prouincialium millia, lege regni, ad arma cogeuntur. Ceterum, milites praefidarii vulgo Haramiae vocantur.

8.) Religio Romano Catholica, ab archiepiscopis tribus, et pluribus episcopis regitur, quorum, complures inter Hungaros, solum titulum, absque beneficio, usurpant. (*i*) Orientalis Graeci ritus ecclesia ab uno archiepiscopo, et episcopis aliquot, per Illyri-

(*b*) Species tributi olim fuere in regno Slavoniae, marturinae, quae idem videntur denotasse, quod apud Hungaros lucrum camerae. Colligitur id ex Alberti regis decreto art. 7.

(*i*) Horum historiam erudite conscriptam ex parte dedit celeb. *Daniel Farlat in Illyrici Sacri T. III. (Venetiis 1765. in fol. & tom. IV. ibidem 1765)* Nomina episcopatum horum addisci etiam possunt, ex subscriptionibus, quae, ad calcem decretorum, & privilegiorum regiorum deprehenduntur. Vid. *decreta angi. 1741. 1751. & 1764.*

lyricum, et partes Hungariae propagatur (*k*).
Monasteria Graeci ritus Calugyerorum no-
minari solent. (*l*)

9.) Litterarum, si Zagrabiense gymnasium
academicum, et scholam Carlovicensem
(*m*) exemeris, non magna est in gente
tri-

(*k*) Orientales Graeci ritus episcopi, alii vnti
sunt, alii vero non vnti, seu dissidentes. Ad hos
referuntur, metropolita seu archiepiscopus, Carlovic-
cii in Sirmio sedem habens, Teimesvariensis, Ver-
scheiensis, Aradiensis, Budensis, Bacsensis, seu
Neoplantensis Pacratensis, & Carolostadiensis, quo-
rum iura & obligationes, augusta regina anno 1777.
libro sequente titulum exhibente, evulgari cura-
uit: Regulament, wornach sich in Folge der geschöpften
höchsten Resolutionen, wie auch dessen was bey dem in
Jahre 1769. fürgewesenen Illyrischen Nationscongress,
dann, deuen im Jahre 1774. und 1766. zu Carlovitz
abgehaltenen nicht unirten bischöflichen Synoden gemein-
schaftlich behandelt, und mit kaiserlichen königlichen Be-
angenehmigung berichtiger worden &c.

(*l*) Plurima monasteria sunt in Sirmensi prouin-
cia, instituta Basilii sequuntur, monachi victum sibi
parare mererique debent.

(*m*) Errauit hic auctor. Anno 1748. quo intro-
ductio eius in orbis hodierni geographiam prima
vice est impressa, parum forte in Illyrico studia
curabantur. Nunc, scholae triuiales, seu nationales,
passim deprehenduntur; normales, augustae reginae
providentia etiam introducuntur, gymnasia vero
Posegana, Varasdiensi, & Eszekiensi in vrbibus
dantur, academia vero regia Zagrabii. Nunquam
certe in Illyrico viri eruditi desiderabantur. Car-
lo-

tripartita cura: tametsi quidem earum pretium ac eximia Croatarum ingenia et Serbiorum in instaurandis scholis, conatus arduus luculenter indicent (*n*). Ut ciuibus (maiores) litterarum gustum faceret Matthias Antonius Relkouich, grammaticam Slauonico Germanicam anno 1767. vulgavit, et Vitus Doffen, lingua patria, opusculum de virtutibus.

(*m*.) Insignia trium Illyrici regnum sunt sequentia: Slauonia, vertagos tres, in campo argenteo; (*o*) Croatia, insertos campo

ar-

Iouiczi, in primis elementis liberi instituantur, per praceptorum, quos metropolita, ibidem sustentat. Neoplantae quoque, &, Teinesvarini, schola similis proficit.

(*n*) Olim ex Slauonia viri eruditi complures prodierunt, quod in primis Joannis Vitezii, Jani Pannonii, Felicis Ragusini, Ludouici Tubero, Georgii Draskovics, Andreae Dudichii, & aliorum exemplo, doceri potest.

(*o*) Errasse auctorem, & ante eundem, Carolum du Fresne in *Illyrico novo & veteri cap. III.* pag. 65. notauit iam Carolus Palma in *specimine heraldicae regni Hungariae* pag. 60. Anno 1496. Wladislaus II. rex insignia Slauoniae noua contulit, & quibus antea regnum hoc est usum, exponit in priuilegio, ex quo sequentia hic adducere placet: *quamuis illud regnum nostrum Slauoniae, ab antiquo, habuerit, pro armorum insigni, unum mardurem, &, bis armis, usque praesentiarum semper usum fuerit, eiusdem universitas uniuersaliter usa exstiterit: tamen, propter certas causas & rationes, cuperent iidem regnolae hoc*

ar-

argenteo viginti clathra rubros; Dalmatia, tria leonum capita aurea, eaque in triquetro super campo coeruleo posita continent. (p)

ii) Monetae species valorque ex Hungarorum, Venetorum, Turcorum, atque Ra-

B 2

gu-

armorun insigne, per nostram majestatem renouari, & sibi de nouo, ad perpetuam memoriam renouatam condonari. Paucis interiectis ita rex pergit: haec arma (videlicet in uno scuto triangulari duo flumina superius denominata Sauus & Drauus) per transuersum direcťe depicťa, in eorumque medio superstizio campo scilicet penitus rubicundo, praedictum mardurem antiquum eorum insigne coloris naturalis & proprii; reliqui autem duo campi eiusdem scuti, duas partes extiores praedictorum fluminum occupant, sunt penitus colore depicťi coelestino, in quorum superiore, unam stellam, quod propter continuas bellicas exercitationes, in quibus praeſatum regnum nostrum Slavoniae, & eiusdem incolae, aduersam praetulos Turcas continuo agitantur, fidus martis volumus appellare: praeterea, super scutum, galeam unam, in vero colore, propriaque figura, variis floribus, velut vento agitatis, uniuersum gyrum eiusdem galae atque scuti, totamque armorum descriptiōnem, pulchra diuerſitate ambientibus &c. apud Carolum Palma in heraldicae regni Hungariae Specimine pag. 59. seq. & Balthas. Adami Kercselich in prael. notit. de regnis Dalmatiae Croatiae, Slavoniae &c. (Zagrabiae 1769.) pag. 301. seq.

(p) Carolus Palma in Abhandlung von den Titeln und Wappen, welche Maria Theresia als apostolische Königin von Hungarn führet. §. 3. vbi tamen non ostendit, quae, qualia, & quando, insignia haec Dalmatia & Croatia acceperit.

ginsanorum numinis, cuilibet quippe ditio-
ni propriis, cognoscuntur.

12.) Regnat in Illyrico Hungariae:

1.) MARIA THERESIA regina Hungariae etc. cuius (Illyrici) partem, in Dalmatia, senatus Venetus, Turcorum imperator, & Ragusana respublica, tenent.

2.) Praeest prouinciis, potestate reginae Hungariae, FRANCISCVS comes de NADASD, prorex, seu Croatiae, Dalmatiae & Slauoniae banus.

§. 7.

SLAVONIA (Slauonia) das Königreich Slavonien, (q) Tót Ország, Slowenska Řeme, inter Drauum et Sauum, amnes, ab ortu Danubio; ab occasu, agro Carnioliae definita. Vocabatur olim Pannonia inter amnensis, item Sauia, quae, accepto, aetate media, a Slauinis accolis, cognomine, primum quidem in superiorem et inferiorem, deinde utraque, in banalem, ac militarem diuisa est.

§. 8.

(q) In antiquis diplomatibus iam regnum vocatur, titulo tamen regis Slauoniae reges nostri, ante Ferdinandum I. vix sunt vbi. Regni Slauoniae mentio occurrit in *decretis regum Hungariae* 1403. §. 1. 2. par. 154. 1454,, 9. 1464,, 1. in primis 1471,, 6. in quo omnia tria regna Dalmatia, Croatia & Slauonia expresse nominantur.

§. 8.

SLAVONIA INFERIOR, a Danubio ad Croatiam, per orientalem regionis plagam porrecta, & anno 1746. indultu MARIAE THERESIAE augustae, Hungariae regno de-nuo adunata, a Serbiis, seu Rascianis, Croatis, atque Valachis, et paucis Germanorum ac Hungarorum coloniis, inhabitatur, pro administrationis ratione, in banalem, ac militarem subdivisa (olim Possega, Valco et Sirmium, tres comitatus Slavoniae ad Hungariam referebantur. (r)

§. 9.

Banalis Slavonia anno 1746. in comitatus III. distincta est, comitatus Valponensis, seu Valkouiensis agro, inter reliquorum tractus, distributo.

I. VERÖTZENSIS, VEROVITIENSIS COMITATUS, Veröcze Vármegye, die Werbőczer Gespannschaft, cum potiore VALPONENSIS comitatus tractu copulatus, aquilcnare Slavoniae latus, iuxta Drauum amnum, occupat. Ad ditionem eius pertinent oppida sequentia:

B 3

I.

(r) Quod luculente docetur ex *decret. anni 1477.* art. 7. & 149. art 15. *Samuel Timon in imagine Hungariae nouae cap. II. pag. 19. seq. in primis celeb. Georgius Pray in diatribe in dissert. historicæ critica de S. Ladislao Hungariae rege.* (Posonii 1777. pag. 79. sequent.)

- 1.) *Veröcze, Verowica, Verowitizc, Verucia,* propugnaculum quondam permunitum, & propter comitatus denominationem, Banfiorumque sedem, insigne, hodie oppidum est apertum ad Drauum, in Croatiae finibus conventu P. P. Franciscanorum prouinciae S. Ladislai Slauoniae memorandum.
- 2.) *Vukin, Vutsin, Vuchin,* dynastiae cognominis caput, in mediterranea recedit.
- 3.) *Orowicza, Orabowicza,* dynastiae adaeque prima, inde ad Drauum redit.
- 4.) *Valpo, Valpo-Vár,* castrum munitum, a quo comitatus Valponensis, iam cum Veröczeni vnitus, nomen traxit, prope ad Drauum sedet, conuentu Franciscanorum, & equestris militiae domicilio, notum.
- 5.) *Nassits, Nassiczia,* dynastia gentis Pascueichianae, intus in mediterraneis.
- 6.) *Eszek, Eszekinum,* oppidum amplum, idque prope ad Draui & Danubii confluentes, validis propugnaculis communitum, comitatus Veröczenis caput est, propter pontes, super paludibus longe lateque diffusis, stratos (s), ob sedem supremae praefectureae militaris, cameram iurisdictionis, & con-

(s) Illos Turca ann. 1566. opera 20000. Christianorum communiuerat. Anno 1664. heros ille incomparabilis Nicolaus Zrinyi, eos incenderat & destruxerat: barbarus tamen Christianos mox vndique compulerat, qui, multo labore, illos iterum, intra breve tempus, restituere debebant. Redit Eszekinum ad legitimum regem suum anno 1687.

conuentum prouinciale, cum primis memorandum. (Salis quoque depositarium hic habetur, atque gymnasium pro studioſa iuuentute.)

- 7.) *Erdöd*, Erdodium castrum cum *Szarvas*, et *Kolovár* dynastiis, Drauo amni adiacet, propter titulos et insignia inclutae gentis Palfianae, quae isthinc accepit, et cui obsequitur, cum primis nobile.
- 8.) *Dalya*, Dail, dynastiae, quae ad archiepiscopum Carloviczensem (Graeci ritus) pertinet, prima est.
- 9.) *Diakovár*, Diakouárum, castrum et dynastia sedesque episcopi Bosnensis (*t*), ad Vukam amnem. Vicinum illi fuit olim oppidum, et arx *Gara* (*u*), a qua familia Garaiana est denominata.
- 10.) Supremus in hac prouincia comes est GEORGIUS NITZKY de eadem.

II. SIRMIENSIS comitatus, ducatus olim (*x*) Sirmia (Szerem Vármegye,) die Sirmier Gespannschaft, inter Danubium & Sauum confluentes, ad ortum immersus, definit in cuneum. In tractu ejus sunt :

B 4

1.)

(*t*) Et simul Sirmiensis: Ornat prouinciam hanc sacram nunc MATTHAEVS FRANCISCVS KERTIZA. Pertinet vero ad Episcopatum hunc dynastia in primis Diakovár.

(*u*) In qua Sigismundus rex, aliquot hebdomadrum intervallo, sub custodia, detinebatur, donec interuenit Garaiorum, cum proceribus in gratiam rediisset.

- 1.) *Valko-Vár*, Vukouár, Vukouarinum, munitio quondam insignis, inter propugnacula Slauoniae relata, hodie est oppidum inerme, Drauo fluvio adpositum, et Bodrogiensi obiectum comitatui, in iuribus comitum Elsz.
- 2.) *Csernigrad*, seu *Tarka-Vára*, castrì muniti vestigia ostendit, in eadem Draui ora, ad dextram.
- 3.) *Illok*, *Ujlak*, Vjlakum oppidum, cum arce colli edito imposita, comitatus primum, atque tumulo Ioannis Capistrani (y) clarum, olim in ducum huius nominis, hodie in principium Odeschalchi potestate est. (z)

4.)

(x) Laurentius ab Ujlak, ad quem maxima olim comitatus hujus pars pertinebat, ducem quidem se scribebat, sed vix Sirmensem. In Epitaphio, quod in arcis templo adhuc anno 1718, prostabat, *dux ab Ujlak*, vocari dicitur. *Auctior topographiae magni regni Hungariae pag. 247.* Ceterum, Graeci ritus homines, habent in comitatu hoc multa claustra antiqua. Comitatus vero vino, in primis Sirmienti abundat, quod saec. XV. omnibus Hungaricis adhuc anteponebatur.

(y) Qui hic, post conseruatum Belgradum, anno 1456. die 26. Octobr. obiit. Ab eo denominationem habet prouincia S. Joan. a Capistrano, antea Bosna argentina denominata ordinis minorum regularis observantiae, quam P. *Emericus Pauch a Buda libro integro Budae 1767. euulgato in folio descripsit.*

(z) Contulit genti huic dynastiam hanc amplissimam, Leopoldus imperator. *Nicolaus Istuanffius nominat Lib. III. pag. 35.* oppidum hoc totius Sirmii caput.

- 4.) *Bakmonostra*, Banostra, sedes olim episcopi Sirmiensis celebris, hodie vix vestigia primaevae retinet dignitatis.
- 5.) *Kamenicz*, Kamanicz, Kamanich, oppidum mediocre, olim, quam hodie, multo nobilius.
- 6.) *Irik*, Irikum, oppidum aliquanto intervallo a Drauo in mediterranea remotum.
- 7.) *Szalankemen*, Zalankemen, oppidum victoria Christianorum anno 1691. bello Turcico illustratum, Tibisci & Danubii confluentibus, obiectum est. (a)
- 8.) *Semlin*, Zemlin, Semlinum, castrum ad Savi & Danubii confluentes, Belgrado obiacet, in possessione comitum Schönborn, visitandis mercibus, & contagione suspectis, destinatum. (b)
- 9.) *Karom*, oppidum olim non ignobile, unde familia Sirmiensis, alias Szulyovszky, traxit denominationem.
- 10.) Provinciae huius nostra aetate supremus comes est FRANCISCVS de PAVLA comes BALASSA de Balassa Gyarmath.

B 5

III.

(a) Reportauerat hic, de barbaro anno 1691. insignem victoriam Ludouicus marchio Badensis.

(b) Anno 1717. illud christiani barbaro eripuerunt. In castro, quod hic olim erat, heros ille incomparabilis Joannes Huniades, anno 1456. die 22. Julii, Belgrado conseruato, decessit. M. Tburocz in Chron. p. IV. cap. 56. Aeneas Sylvius in Bohemica Histor. cap. 67.

III. POSSEGANVS, POSSEGIENSIS
comitatus, Possegai Vármegye, die Posse-
gauer Gespanschaft, australem regionis o-
ram, in medio regionis tenet. Ditioni eius
adnumerata sunt :

- 1.) *Kuttjeno*, Kutieua, abbatia de Gotho, di-
ves in iuribus Possegani collegii, quod Ie-
suitarum erat, magis in mediterranea abit.
- 2.) *Pleternicza*, Platernicza, dynastiae cogno-
miis prima, infra est, domo militari in-
structa.
- 3.) *Posseg*, *Possegæ*, vrbs libera atque regia,
collegio Franciscanorum, conuentu, & epi-
scopi Zagrabiensis consistorio memorabilis,
loco fertili in mediterraneis ad Orlouam ia-
cet, estque comitatus huius nominis caput.
(Herba Nicotiana, quae hic in copia cre-
scit, in pretio est. Arx eius vetusta in
monte deserta est. Habebat etiam colle-
gium Iesuitarum cum scholis ; gymnasium
hic est non incelebre.)
- 4.) *Csernek*, Csernekia, & ipsa dynastiae suae
prima, infra est. Vnde familia Dessewffi ;
quae olim notabilia bona, in comitatu hoc
habebat, axioma accepit. (c)

5.)

(c) Fuerant ex gente hac, olim, aliquot supremi
comites comitatus Possegani, & Ludouico II. quidem
regnante Joannes, ante eundem vero Franciscus. Pal-
ma in specimine heraldicae regni Hungariae pag. 26.

- 5.) *Preſtowecz*, *Brefztövecz*, dynastiae prima iuribus Trenkianis olim acceſſebatur.
- 6.) *Velika*, et *Pakratz*, totidem ditionum capita, ejusdem ſunt ditionis, Haec, ſede epifcopi Graeci ritus orientalium, domibus militaribus, et thermis, quae debilitati navorum mederi perhibentur, eft insignis, (habet tamen etiam Romano catholicum parochum.)
- 7.) *Siratsch*, *Szirach*, et *Podborje* dynastiae duae dominationi excelfae camerae ſubſunt.
- 8.) *Cuttna*, *Kuttina*, extrema ad occasum dynastia, ditionis comitum ab Erdöd.
- (Possegae olim vicinia fuit *Robacia* arx, quae iuris fuit Laurentii Ujlakii ducis.) (d)
- 9.) Supremi comitis hodierno tempore ornatus eft dignitate, comes ANTONIVS IANKOVICH, de Daruvár.

§. 10.

SLAVONIA militaris, quae a practore exercitus Illyrici administratur, limitaneum regionis agrum, cum primis ad Danubium atque Sauum occupat, in praefecturas duas, ſeu, vt alii malunt, in tres legiones, Grandcanam vtpote, Brodensem, et Sirmensem distincta.

I. PRAE-

(d) De qua *Nicolaus Iuanffius biflor. Lib. III.*
pag. 36.

I. PRAEFFECTVRA CONFINIORUM,
Danubii et Savi superior, partem Veröczen-
sem, partem Sirmensem comitatus adtingit,
per oram utriusque fluminis, cum munitio-
nibus ac legione Sirmensi, prolata. In qua

- 1.) *Eszek*, Eszekium, munimentum validum
oppidis militaribus, propter praesidium, et
supremum legionum, quae pro finibus re-
gni excubant, imperium adnumeratum est.
- 2.) *Peter-Vara*, Peterwardeim, Petri Varadi-
num, munimentum validum, Albae Grae-
corum obiectum, et reportata de Turcis an-
no 1716. victoria Christianorum, nobilita-
tum, Danubio adfidet. In cuius tractu
legio peditum Sirmensis, seu Petro Va-
radiensis, collocata est. (e)
- 3.) *Carlovitz*, Carlovicium oppidum militare
amplum, in quo archiepiscopus Slauoniae
Graeci ritus sedem habet, pace anno 1699.
cum Turcis inita, et vino rubello cum
primis celebratur.

4.)

(e) Olim oppidum non valde notum erat, arx
tamen in monte posita, celebre nomen habebat.
Nicolaus Istuanus Lib. III. pag. 34. Olim e re-
gione illius agger Romanus (*Römer Schanz* dictus)
qui cum fossa profunda ad Tibiscum usque, septem
circiter horarum itinere porrigitur, prostabat, & in li-
mine prope Danubium, munimentum habebat. *Auctor
topographiae magni regni Hungariae p. 253.*

- 4.) *Mitrovitz*, Demitrovitz oppidum militare, quod inter ruderā Sirmii excitatum est, ad flexum Saui fluminis diuergit.

II. FRAEECTVRA CONFINIORVM. Savi inferior, inter Posseganum comitatum, et Sauum fluum, vsque ad Croatiam, cum munitionibus, ac duabus legionibus, Brodensi scilicet, et Gradiscana, prorogatur, Bosniae obiecta.

- 1.) *Ratscha*, Ratzka, munitio ad Saui et Dri- nae confluentes posita, Seruiae subiacet.
- 2.) *Brod*, Broda, Brodium, munitio parua, tutandis tamen in Sauo amne nauigiis per- opportuna, ad laeuam recedit, appellatio- niem legioni peditum Brodensi, quae hoc in tractu excubat, mutuata.
- 3.) *Vinkovcza*, Vinkoveza, sedem tribuno mi- litum, legionis Brodensis praebet, sita ad amnem Bosutam.
- 4.) *Gradisck*, Gradisca, vrbs munita et copio- sa, exaque, in Slauonicam et Croaticam di- visa, Sauo flumini adposita est, cum legi- one peditum Gradiscanorum limitanea.

S. II.

SLAVONIA superior, quae inde vsque ad Stiriae fines excurrit, in Croatarum transi- ditionem: iamque Croatiae constituit regionem **Cis-Sauanam**. Inhabitatur ea, a Croatis, qui- busdam Rascianis, Graecis, et Valachis. Pro-

ce-

ceres regni, vel Hungarici sunt generis, vel eiusdem cum Hungaris moris. Quorum indolem complures inter Croatas viri nobiles imitantur.

§. 12.

CROATIA, Croatia, Horváth Ország, a Drauo amne, ad mare Adriaticum, inter Slauoniam, atque Bosniam, in ortu Stiriam, item et Carnioliam, in occasu, per Pannoniae interamnensis, ac Illyrici partem protracta, trifariam diuiditur, et quidem.

- 1.) Pro situ ratione, in Croatiam Cis-Sauanam, et Trans-Sauanam.
- 2.) Pro Imperii diuersitate: in Croatiam Hungaricam, et Turcicam.
- 3.) Pro administrationis modo, in Croatiam banalem, et militarem.

§. 13.

CROATIA CIS-SAVANA, quae et Slauonia superior, in occasum, Stiriam versus retraha, et in banalem, atque militarem distincta, comitatibus III. et praefectura militari I. absolvitur.

I. VARASDIENSIS comitatus, Varasdai Vármegye, die Warasdiner Gespannschaft, in Stiriae et Hungariae confinio, ad occasum et septentrionem conuertitur, in duos tractus, Zagorianum scilicet, et campestrem, processus vero quatuor, vtpote Varasdinensem,

sem, Vinicensem, et Zagorianum superiorem, atque inferiorem divisus. (Fluuii praecipui comitatum perfluentes sunt, Drauus, Bœnia, Plistrica, Krapina, Horvatzka, Taborfzko, cet. Vina celebriora fundunt promontoria, Vincensia, et Toplicensia. Zagoriana pars abundant lignis, foeno, pascuis, butyro, melle, pecoribus et pecudibus, tritico, quod hic est praestantius, quam alibi. Dantur etiam in comitatu hoc thermae, Krapinenses, quae celebres sunt, Szutniszkenos neglectae, et Toplicenses.) (ee)

- 1.) *Vinitza*, Vinea, castrum olim erat, hodie oppidum, non procul a Drauo, in Stiriae collimitio, vino clarum.
- 2.) *Varasdin*, Varasdinum, quod et Varadinum minus, vrbs libera regia, et castro propugnacalisque communita (f) consilio

(ee) Quarum praestantiam *Joan Leopold Payer* medicinae Doctor peculiari *Dissertatione anno 1709* edita ostendit. *Kercselich in notitia praelimin.* de regnis Dalmatiae &c. pag. 450.

(f) Iura liberarum regiarumque ciuitatum ab Andrea II. rege Hungariae accepisse prohibetur. Bela IV. multis aedificiis illam auxit. In vrbe Jesuitae erant, adfunt adhuc Franciscani, qui ibi monasterium, Capucini vero aliud in suburbio habent. Arcem elegantem vrbi vicinam, & versus ineridiem positam, illustris familia Erdödiana inter sua heredia resert, quam, cum honoribus supremi perpetuique comitis, a regibus Hungariae, est consecuta. Pertinet ad arcem pars suburbii & multi pagi vicini. *Kercselich I.* cit. p. 450.

silio item regio, in regnis Dalmatiae, Croatiae et Slauoniae, conuentu Franciscanorum, collegioque et Vrsulinarum monasterio (ac gymnasio) ornata. Anno 1776. fatali incendio, tota vrbs, aliquot domos, si excipias, in cineres est conuersa. Propterea consilium regium Zagrabiam est translatum. Anno 1779. sublatum (Banalis quoque tabula hic ab anno 1750. celebratur, iterum tamen Zagrabiam rediit) Drauo amne adluitur. Haud procul sunt thermae.

- 3.) *Knegincz*, veterum celebre Kheene, in quo Andreas II. rex captiuus detinebatur. (g)
- 4.) *Klanecz*, Klanecz, arx oppido cognomi immens, comitum ab Erdöd conditorio clara est, in limite Stiriae (arx est in monte Cászaryvár, Czésarvár dicto, prope Stiriam. In oppido frequentes nundinae habentur, regia tricesima, et conuentus Franciscanorum reformatorum prouinciae Croatiae, et Carnioliae.)
- 5.) *Krapina*, oppidum, cum iuris Keglevichiani castro. Hinc egressos fuisse olim Csechum (Russum) et Lechum scribunt nonnulli. Habetur quoque hic conuentus Franciscanorum prouinciae Slatoniae S. Ladislai.
- 6.)

(g) Quod ipse rex diplomate apud Kercselich. I. cit. pag. 188. ostendit.

- 6.) *Turopole*, *Turopolia*, campus, a Sauo ad mare Adriaticum procurrit, hospitio viorum illustrium nobilis.
- 7.) *Toplicza*, arx (gg) et dynastia, thermis, Stefanecz, castellum, herba Voiches, purgandis ligneis, stanneisque vasis idonea; *Trakofstein* (*Trakostyán*) arx titulo comitum Draskovics celebris etc. (Notari adhuc merentur.
- 8.) *Lepoglava*, vbi est monasterium eremitarum a S. Paulo denominatorum, quod princeps est in Croatia. Sepultus ibidem est Ioh. Coruinus filius naturalis Matthiae regis, dux Croatiae, Dalmatiae, et Slavoniae, anno 1504. extinctus.
- 9.) Castellum *Zajezda*, in processu Zagoriano inferiori, a quo axioma traxit illustris gens Patachichiana.
- 10.) *Nagy - Thabor*, *Taborszko*, castellum Ratakianum. (b)

II. CRISIENSIS comitatus, Crisiai, Körös-Vármegye, die Kreuz-Gespannschaft, in Sla-

VO-

(gg) Ordo Cisterciensium primum in Hungaricisditionibus hic locum consecutus esse dicitur, & quidem anno 1135.

(b) Inclaruerat ex Rattakiana Familia in primis Georgius Rattkay de Nagy Thabor, lector & canonicus Zagrabiensis, qui, memoriam regum & banorum regnum Dalmatiae, Croatiae, & Sclavoniae, saeculo superiori edidit.



voniae iacet finibus. (Septentrionem versus, a Drauo, comitatu Szaladiensi separatur; ab oriente, Varasdinensi praefectura et comitatu Possegano; a meridie et occidente, Zagrabieni comitatu. Fuit multis saeculis cum Zagrabieni coniunctus: anno tamen 1756. separatus est, et peculiarem accepit comitem Ludovicum Patachich de Zajezda. Comitatus ipse in duos processus diuiditur, Caproensem videlicet, et Crisiensem. Ille incipit a Toplicza et ad Drauum protenditur, hic amplior est.) Vbi

1.) *Creutz*, Krisevczi, Körös - Vásárhely, Crisium, ciuitas libera, regia, munita, multis priuilegiis insignita, propter vrbis positum, in superiorem, atque inferiorem distinguitur. (Olim diuersos magistratus habuit; augusta regina tamen utramque partem sub vnum eundemque magistratum revocauit. Datur hic conuentus Paullinorum, domus publica comitatus Crisiensis, in qua conuentus habentur, aedesque praefecti militaris. Habet episcopum Graeci ritus vnitum, qui antea Szvidnicensis vocabatur. Hodierius episcopus BASILIVS BOSIKOVITS vocatur, qui simul fuit abbas monasterii S. Pulcheriae in vrbe hac Crisiensi, posteriorem tamen dignitatem anno 1777. Iosaphato Basztafich cessit.)

- 2.) *Kaproncza*, vrbs libera, atque regia, in planicie egregie munita, cum castro vetere, (Habet praesidium militare, parochiale templum, conuentum Franciscanorum, domum praetoriam. Subest quoad caussas, quae adpellatae vocantur, cum priori, personalis praesentiae regiae locumtenenti.)
- 3.) *Kralowa Welika*, regia magna, vrbs imperante Mauritio in Pannonia Sauia, Clara, & Magnana cognominata, hodie oppidum est in Slavoniae collimitio prope ad Valachiae minoris agrum. (Olim quoque celebria fuere.
- 4.) *Nagy-Kemlek*, vulgo Kalnik in altissimo monte situm castrum, Sigismundi imperatoris, & vxoris eius Barbarae domicilio, Kraliewszka Palacha, h. e. palatum regium, clarum.
- 5.) *Kis-Kemlek*, vulgo Reka, in ruderibus, cum oppido vicino, quod, in templo parochiali, Coruiniiana insignia conseruare dicuntur.
- 6.) In primis notari meretur districtus & dynastia *Monoszlo*, Moszlovina, latine montis Claudii, sine dubio, a castro vetusto hanc denominationem trahens. Vocatur alias comitatus, & comites Erdödii montis Claudii, & comitatus Varasdienensis, supremos se comites scribunt. Pertinent ad dynastiam hanc 27. possessiones, quarum incolae latino ritu Catholico plurimi Deum

colunt, aliqui graeco. Vinum montis huius est celebre. (i)

7.) In dynattia hac olim prostabat arx *Ielen*: siue *Ceruus*, a qua aliqui gentilitia insignia gentis Erdodianae deriuant. (k)

III. ZAGRABIENSIS comitatus, Zagrabiai Varmegye, die Zagraber Gespannshaft, a Slavonia, ad Marchiam Vindorum, aduerso Sauo amne, porrigitur, in 7. diuisus processus. (Amplissimus hic est comitatus, a fluvio Lonja, vsque ad mare Adriaticum, hodie ad 30. fere millaria protensus. Coercetur a septentrione Varadiensi & Crisiensi, ab ortu peraeque Crisiensi; a meridie, Carolostadiensi, provinciis; ab occidente, mari Adriatico. Dividitur in septem magnos processus, videlicet.

(a) *Selinensem*, qui intra Varasdinensis & Crisiensis comitatus limites est.

(b) *Zagrabiensem*, qui ab amne Sutla, ad Styriam vsque, excurrit, & a Zagrabiae metropoli denominatur.

(c) *Podgoriensem*, seu *Submontanum*, trans Sauu limitibus Styriae, Carnioliaeque

vs-

(i) Maximilianus II. imperator totam hanc dynastiam Thomae Erdödy, heroi incomparabili contulisse dicitur. *Kaprinai in historia diplomatica temporibus Mathiae I. R. P. II* pag. 247. *Istuanffius tamen hist. Lib. XXV.* pag. 596. arcem Monoszlo, hereditariam autamque Petri huius vocat.

(k) Plura loca comitatus huius exportit Kercselich loc. cit. pag. 452.

vsque Carolostadiensem , capitaneatum excurrentem.

(d) *Trans Sauanum*, qui a septentrione Savum habet , & aliis fluuiis circumdatur , quibus aggeres opponit , vt se aduersus exundationes tueri possit.

(e) *Post Sauanum*, recentius constitutum , Varasdinensi & Crisiensi comitatibus vicinum. Vt que processus vineis caret ; agros fertiles prouinciales colunt diligenter & pascua praestantissima habent. Abundat etiam incolis , adeo , vt in aliqua domo 30. & aliquot personae deprehendantur. Plerique omnes vero , labore , & industria sunt commendabiles.

(f) *Trans Colapiatum*, trans Colapim fluuium quaerendum.

(g) *Maritimum*, ad mare Adriaticum pertinente : fluuii maiores , per comitatum hunc decurrentes , sunt , Sauus & Colapis , minores , Sutla , Lufznicza , Krapina , Lonja , Kupehina , Reka , Odra , Buina , Lomnicza , Szepchina , Bregana. Abundat frumento , ligno , pascuis , & variis generis mineris. Incolae fere omnes sunt Romano - Catholici , Graeci ritus aliquot tantum coetus hic habentur.) Ejus sunt.

1.) *Iwanicz*, Ibanicz, Iwaniczium , munimentum validum , prope ad Crisium , olim pro-

regi Slauoniae sedem exhibebat. (Additum oppidum Szamobor, quod arcem in monticulo habet. Immunitates egregias accep-
rat a Colomanno rege Galiciae, & fratre eius Bela IV.) (l)

- 2.) *Verbowetz*, Berhowecz, seu Szweta Gorica, oppidum mediocre, loco montoso positum esse videtur.
- 3.) *Chasma*, Tsasma, oppidum, hodie tenue, olim terrae Chehmae primarium, & sacerdotum canonicorum collegio, quod Zagrabiam translatum est, nobile. (m)
- 4.) *Zagrab*, Agram, Zagrabia (mons Graecensis Zagrabiensis) vrbis episcopalis, regiis atque liberis vrbibus adnumeranda, metropolis Slauoniae totius (in amoeno monticulo, Grecs olim vocato, (academia:) ab anno 1671.) capitulo, (tabulario vrbis, comitatus, & totius regni) multisque aliis memoranda nominibus, sinistram versus remota, Sauo amni adsidet (Anno 1776. consilio regio, quod in Illyrico erat, domicilium

(l) Vide illas apud Kercselich l. cit. pag. 453. facta oppidi & dominos, quos prisca, recentiorique aetate habebat, idem Kercselich p. 457. enumerat.

(m) Colomannus, rex Galiciae, & totius Slauoniae dux, accepto in praelio, cum Tartaris anno 1242. commisso, vulnere, mortuus, hic in monasterio praedicatorum tumulo illatus est.

lum in vrbe hac est adsignatum (n). Hodie in duas partes vrbis ipsa per fluuiolum dirimitur, quarum vna, regia, sive superior, incolis Gorny - Váras, quibusdam, mons Graecus, altera capitularis, seu inferior, incolis Dolny - Váras, seu Kaptulum dicitur. Positus vrbis est amoenus, solum habet fertile, portas maiores tres, quartam parvam. In medio foro templum est S. Marco dicatum, ad cuius latus viuum, est claustrum monialium, ad aliud erat Iesuitarum collegium, ad tertium Capucinorum conuentus. Habet et academiam regiam, seminarium pro educanda iuventute, Frangepanianum a S. Iosepho compellatum. Suburbia etiam sat ampla habet, & in illis xenodochium, aedesque sacras S. Salvatori, Margarethae, & Ioanni Nepomuceno dicatas. Typographia eius antiquissima flammis est absunta, anno 1769. venerab. capitulum nouam iterum erexit (nn). Cines omnes sunt Romano-Catholici,

(n) Episcopatum hunc S. Ladislus rex Hungariae fundavit, quod reuerendissimus ac eruditissimus Balthasar Adam Kercselich in historia episcopatus Zagabriensis ostendit. Vrbs ipsa amoenum satis positum habet, et nundinis in primis celebratur. Barbarus agros eius saepius evanuit, vrbe tamen nunquam potitus est. Auctor topographiae magni regni Hungariae pag. 235. edit. anno 1718.

(nn) Anno 1777. Reuerend. Balth. Adam Kercse, lich

lici, Croaticaque lingua vtuntur. Ad-dendum

- 5) *Pjarjevo*, olim Pzer, castrum in ruinis, in quo praepositura S. Cosmae & Damiani prostitisse creditur (o); in processu Selinenisi.)

IV. PRAEFECTURA MILITARIS VARASDIENSIS, per regionem Cis - Sauanam dispersa, infra Sauum annem prorogatur. Ad eius iurisdictionem spectant.

- 1.) *Varasdin*, Varasdimum, munitio, cum castro in ciuitate cognomine, prope Dravum.
- 2.) *Creutz*, Krisevczi, Crisium munitio insignis, aequa in urbe huius nominis.
- 3.) *Iwanicz*, Ivanicium, munimentum validum in regione Zagrabiensi.
- 4.) *S. Georgen*, Fanum S. Georgii, oppidum opere militari communitum, infra Sauum annem.
- 5.) *Petrina*, Petrouina, munitio in praefectura cis Vnnam sita (p).
- 6.) De cetero, supremus & perpetuus hodie comes Varasdinensis est LVDOVICVS e comitibus ERDÖDY; Crisiensis supremus

CO-

lich pro insigni, quo in litteras fertur amore, bibliothecam suam, magno sumptu collectam & rarissimis manu exaratis codicibus refertam, pro publicis vibus donauit.

(o) Kercselich l. cit. p. 454.

(p) Antiqua et olim multa libertate instruxta communitas. Kercselich l. cit. pag. 400.

comes LADISLAVS e comitibus ERDÖDY de Monyorokorek; Zagrabiensis supremus comes IOANNES CHRISTOPHORVS ab ORSICH, de Szlavetich.

S. 14.

CROATIA trans Sauana, seu CROATIA propria, a Sauo amne, ad Dalmatiam, &, a Carniolia, ad Bosniam extensa, in regiones duas, Hungaricam, atque Turcicam dispegitur.

S. 15.

HVNGARICA CROATIA, pro administrationis ratione in banalem & militarem distincta, cis Vnnam amnem sedet.

I. MILITARIS CROATIA, partem praefecturae Carlostadiensis in se continet; proceditque in limite Carnioliae, vsque ad Dalmaticam. In cuius ditione sunt:

1.) Carlstadt, Carlovecz, Carlostadium, munitio insignis, Colapi, atque Coroua amnis conclusa, a Ferdinando III. multis privilegiis ornata, caput praefecturae cognominis (q). (Anno 1776. urbem hanc,

C 5

au-

(q) Fundare coepit monumentum hoc Carolus archidux anno 1579. & quidem ad coercendas Turcarum procursiones. Praebet illud Franciscanis dominium. Libertates amplas illi, idem archidux contulerat, quas Rudolphus imperator, eius, ex fratre nepos, peculiari privilegio adseruit, quod Kereselich cit. p. 329. exhibet.

augusta regina, liberam, regiamque effecit, eamque, cum portu Fluminensi, nec non bonis Bucari, regno Croatiae reincorporauit. (qq) Provincia haec noua, qua, Croatiae regnum liberalitate augustae auctum est, comitatus Szeuerinensis nomine est insignita, illi vero, & simul etiam portui Fluminensi, JOSEPHVS MAILATH de Szék-hely, qua gubernator, praepositus (r). Comita-

(qq) Placet id verbis illis exprimere, quae in edito benigno regio per excelsum consilium regium locumtenentiale Hungaricum, per regnum Hungariae intimato, deprehenduntur: Summe fata maiestas sua sacratissima, pro materna sua in publica regni Hungariae, & partium si adnexarum, commoda & incrementum, buctenus etiam praebabiti in iis commercii sollicitudine, ac peculiari buius documento, ex clemencia sua Caesareo regia benigne resoluit, ut vrbs & portus Fluminensis, nec non bona Bucariensia, in quantum illa, Caroloftadio, flumen versus proficiscendo, ad dextram viae Carolinae sita sunt, Buccari, Buccarisia, & Porto Re tanquam ad lacuam distas viae Carolinae sitis, pro statu militari relictis. Ipsa praeterea ciuitas Caroloftadiensis in liberam regiumque ciuitatem euebenda, immediate regno Croatiae reincorporetur.

(r) In eodem intimato. Ex taliter porro neo reincorporandis partibus, nouus comitatus erigatur, idemque in omnibus ad normam aliorum comitatuum, consilio regio Croatico subordinetur, eiusque ditioni subdit, pro eadem porro praedeclarata materna sollicitudine, atque prouidentia Caesareo regiu, intentione nimirum res commercii, in districtu & portu hoc Fluminensi, ex ipso ordinata, atque systematica manipulatione ad statum floren-

mitatus hic ex cineribus Modruſſiensis, et Vinodolensis comitatus conſurrexit.) Est ergo in hoc comitatu.

- 1.) *Fluminensis portus*, seu *Fumen S. Viti*, S. Veit am *Vſlaum*, Rekar, Italij *Fiume*, in ſinu Flanatico, ſeu Polano, ciuitas ſatis eft populoſa. (s)
- 2.) *Buccari*. Bocari, Bukari, portus eximius, per quem boues, ex Hungaria & Illyrico, huic adducti, in Italianam traiciuntur (t).

3.) *Bu-*

florentiorem euebendi, benigne viſum eſt ſuue maiestati ſacratissimae, vrbi & portui huic Fluminensi, egre- gium fidelem ſuum Iosephum Majlath de Szekbely, antebac cameralem confiliarium aulicum, & referenda- rium, in qualitate gubernatoris, & cum pari, ac co- mes Zinzendorf Tergelii obtinet, auctoritate, iisdem- que praerogatiuſi, praeficere, ſimulque cum, pro co- mitatus & reincorporando hoc diſtriictu efformandi ſupremo comite clementer denominare &c. Notes ad- huc, viam Carolostadio Segniam ducentem, ab an- no 1779. Josephinam dici.

(s) In vrbe ipſa duo dantur clauſtra, tertium eſt in ſuburbio. Tellus eius profert vinum, ficus & va- rii generis fructus. Commerciorum, ex Hungaria, in portum hunc promouendorum cauſa, curauit Ca- rolus VI. regio ſuntu, anno 1726. vias publicas hinc Carolostadium versus iſternendas. Merces, ex portu hoc, Carolostadium, curribus deuenctae, ſecun- do Colapi fluuiio, in Sauum, & dein in Danubium, deuenhuntur.

(t) Pertinebat olim ad dominationem comitum Zri- nyi, quae anno 1672 quo Petrus Zriny criminis laefae maiestatis reus, comprehenſus eſt, in principis deuenerat potestatem.

- 3.) *Bukarisia*, Bukaricza, Bucaricza, locus exiguus, cum Bukari non confundendus.
- 4.) *Portus regius*. Porto Re, portus in sinu Carnero, sumtu Caroli VI. communitus. Tria haec loca non subsunt comiti Szenerinensi, sed pro statu militari anno 1776. sunt reseruata. In politicis, iudicialibus, & oeconomicis subsunt iurisdictioni Gubernatoris Fluminensis.
- 5.) *Tersat*, arx arduo monti imposita, quae ad gentem Fragepanianam, ut plurima in hac ora sita loca, pertinebat. In claustro Franciscanorum capella beatae Mariae Lauretanae consecrata deprehenditur. In hoc loco domus deiparae 3. annis, 7. mensibus & 4. diebus quievisse, inde vero, per angelos, Lauretum deportata esse dicitur.
- 6.) *Crisanicz*, Crisauitzium, seu *Tunn*, Tunnum, oppidum militare, loco inferiore sedet.
- 7.) *Barilovicz*, Bariloviczium, oppidum praesidio militari communitum, inde est.
- 8.) *Sichelburg*, Sichelburgum, castrum collae edito impositum, prope ad Carnioliam, amplae dynastiae caput est.
- 9.) *Sluin*, Sluni, Slunium, oppidum militare, versus Dalmatiam extremum, & quondam comitum Sluniensium denominatione nobilitatum, aditum ad maritimam Dalmatiae oram aperit.

10.) *Oguli*, Ogulinum, tractus amoeni & longe lateque patentis primarium.

II. BANALIS CROATIA, praefecturam limitaneam, cis Vnnam amnem, cum praecipuis complectitur oppidis.

1.) *Petrina*, Petrinia (Petrovnia) vrbis inter Colapim & Petrinesiam munita, firmataque Germanorum praesidio; ad praefecturam Varasdensem pertinet.

2.) *Sissek*, Siscia, oppidum fossa & aggere circumdate, iuxta Colapim amnem, qua is in Sauum influit, olim, ac hodie, multo clarius. (tt)

3.) *Chraſtovicz*, Chraſtoviczium (Rastovicium) munimentum in ditione episcopi Zagrabiensis, haud procul a Sauo remotum est (Vicina illi erat *Gora*, de qua *Iſtanff.* Lib. 28. p. 633.)

4.) *Dubicz*, Dubicza, oppidum militare, ad Vnnam amnem, praesidio Croatarum custoditur. (u)

5.) *Busin*, Businum, arx milliari uno ab Vnna amne remota, comitibus Keglevich titulum conceffit.

6.) *Kofz-*

(tt) Deuenerat in manus barbari anno 1593. qui tamen infrequenti anno inde est depulsus. Ex eo tempore ad canonicos Zagrabientes pertinet.

(u) Olim ad ordinem equestrum Ioannitarum, dein d Ztinios pertinebat. *Iſtanff.* Lib. XIII. pag. 218.

- 6.) *Kosztanicz*, *Kostanicza*, *Costanoviczium* (*Castanopolis*) propugnaculum ad Vnnam amnem, Turcis obiectum est. (uu)
- 7.) *Zrin*, *Zrinium*, munitio, prope ad Vnnam amnem limitanea, denominationem a comitibus *Zrini* accepit.
- 8.) *Kladussa*, maior & minor, trans Glinum amnem iacet, &, illa quidem loco eminentia; haec, inter paludes loco viginoso.
- 9.) *Grozdaszko*, *Grosdanscum*, arx quondam structurae elegantis, ad Vnnam amnem posita, comitum *Zriiorum* sedes erat temporaria. (x)
10. *Noui*, *Nouium*, oppidum, arce, & agger communatum, amne Vnna, in Castel noui, & Tudor noui, oppida distinguitur, collegio sacerdotum, seu capitulo, & clauistro Paullinorum, memorandum.
- 11.) *Krupa*, *Kruppa*, arx trans Vnnam amnem, olim prioribus Auranae, queis Ludo-

(uu) Amoenum est propugnaculum; quod Turca 1556. sub iugum miserat, anno 1668. inde abscedebat. Olim per priorem Auranae, dein per *Zrinios*, tenebatur. Est in eo elegans Franciscanorum monasterium. Acceperat a loco hoc denominationem Joannes Kitonich, caesarum regalium director, & sacrae regni Hungariae coronae fiscalis, qui, saeculo superiori, scriptis iuridicis foras datis etiam inclauerat.

(x) Olim argentarias celebres habebant, quae tamen, postquam barbarus loco 1557. potiretur, neglectae sunt.

douicus rex Hungariae , dato muneri anno 1345. Raimundo de Bellomoante, castro Auranae , in Dalmatia , Slavis Vrana dicto , originem dedit , postea comitibus Vrsini obsequebatur. (xx)

§. 16.

TVRCICA CROATIA, trans Vnum am-
nem , in ortum abit. Vbi

- 1.) *Nowigrad*, Nouigradum, oppidum medio-
cre , in tractu superiore , diuersum a Noui-
grado Dalmatiae.
- 2.) *Blagai*, Blagiskithurn , arx quondam in
possessione comitum Vrsini , hodie ruinis
conseputa est.
- 3.) *Vibitz*, Bihats , Vihitia (Bihigium) oppi-
dum propugnaculis & castro communitum ,
& Vuna amne conclusum , praesidio Tur-
corum defendetur (y).

§. 17.

DALMATIA, Dalmatien, Dalmatiai Ország,
a Delmia , seu Delminio vrbe principe olim
nomen sortita , iuxta sinum Adriaticum , ab
Istria , ad Albaniam prorogata , in Hungari-
cam ,

(xx) Deuenerat postea sub dominationem contum Vrsiny.

(y) Sunt , qui dicant , a Bela IV. rege esse aedi-
ficaram. Ludovicus I. eadem delectabatur , saepe
ibi commorabatur , & de publicis rebus cum pro-
ceribus ibi decerpuebat.

cam, Venetam, Turcicam, & Ragusanam regionem secatur. Pars huius superior olim Liburnia vocabatur.

S. 18.

HUNGARICA DALMATIA, per superiorem maris Adriatici oram propagata, & Morlachiam ambitu suo comprehensa, in districtus V. distinguitur, praefecturae Carlostadiensi, parte maxima adserita. Sunt interim, qui, districtus hos, multis ex caustis, Croatiae adscribunt.

I. SEGANIENSIS DISTRICTVS, ab Istriae colimitio incipit. Vbi.

- 1.) *Buccari*, Bakar vulgo, & Bukanicza in finibus Istriae, portum habet regium, Kralievicza dictum. (z)
- 2.) *Zengb*, Segnia, Senia, Sein, vrbs libera, atque regia regni Hungariae, & episcopalis, cuius praeſul cathedralium ecclesiarum, Segnensis, Modruſiensis, & Corbaniensis canonice vñitarum, episcopus audit (a) Hodie

(z) Iam in comitatu Szeuerensi quaerenda, vt supra ostendum.

(a) Subiit episcopus Spalatensi archiepiscopo. Alias duo clauſtra, & 12. templorum hic proſtare dicuntur. Fuerat ab aetate Colomanni regis, iuris Hungarorum, non Venetorum. Ludovicus I. rex hic capitaneatum erexerat, quem anno 1370. Carolo Duraceno agnato contulerat, eumque simul ducem Croatiae, Dalmatiae & Slavoniae fecerat. *Kercselich in notitiae praelim. de regnis Dalmatiae &c. pag. 242.* Episcoporum Segnensis historiam Farlat. Tom. IV. dedit.

die est Ioann. Baptista Caballini de Szlav-nigrad S. R. I. eques.

- 3.) (*Brinyie*, Pründel, castrum monti impositum in limite regionis, quod Carolus VI. munierunt curauit.)

II. OTTOSCHATZENSIS districtus inde sequitur. In quo:

- 1.) *Modrusa*, Modrusium, oppidum episcopale, quondam comitatus cognominis caput. (b)
- 2.) *Ottobacz*, Ottoschacz (Ottocium,) districtus cognominis primum quondam episcopale pariter (c).

III. LYCANVS COMITATVS, inter Corbauiam, & Morlachiam. Vbi

- 1.) *Ostrowicz*, Ostrowicza, arx Lycani comitatus prima, bello Turcico multum adficta. (d)
- 2.) In-

(b) Aiqua exiitiam Tediaitum veterum hic prostatiss. Olim & ciuitas (scil. episcopalis fuit) & comitatus celebris, cui Venetae prisca aetate iam inhabant. Episcoporum aliquorum nomina exhibet Kercselich in *notitiis praeliminariis*. l. cit. pag. 464. Pieniorem eorum historiam suppeditat Daniel Farlat in *Ilyrici Sacri Tom. IV.* pag. 108. seq. Ceterum propter collatum episcopatum hunc Matthias I. rex Hungariae, cum pontifice lites habuit, qua de re in historia.

(c) Aliqui anno 1461. fundatum esse perhibent, qua de re Kercselich loco citat. pag. 265. Episcopos Ottocienses, eorumque res gestas, deprehendes apud Farlat loco cit. Tom. IV. pag. 165. seq.

(d) Adhuc anno 1521. in Turcarum deuenerat potestatem, sicutque tum, ut antea etiam, juris Hungarorum.

2.) Incolae Lycani dicuntur.

IV. CORBAVIENSIS comitatus ad Vnnam amnem secedit. Episcopatus Corbauiensis, a Petro archiepiscopo Spalatensi anno 1185. erat institutus (e). Vrbs Corbauia solo aequa est.

V. ZVONIGRODIENSIS, sive **SERMANIENSIS** districtus, ad fines vtriusque positus est, in Dalmatiae maritimae finibus. In quo:

1.) *Zwonigrod*, Zwonigrodom, oppidum districtus sui primarium.

2.) *Carlopage*, Campus Carolinus, statio est militaris.

§. 19.

DALMATIA VENETA per continentem, & insulas porrigitur.

I. In continente occurruunt

1.) *Nona*, Aenona, an Ninja veterum sit, incertum, vrbs olim fuit nobilissima, & ex XI. Croatarum Zupariis (praefecturis) vna, hodie est semiruta, ac, ob insalubritatem aeris, minus populosa, sedes tamen episcopi, portu olim sic satis commodo instru-
cta

(e) Et quidein cum consensu Bélae III. regis Hungariae, qua de re prolixe disputat Kercselich in *præliminaribus notitiis de regnis Dalmatiae Croatiae, & Slavoniae* pag. 463. Seriem Episcoporum Corbauiensium, & res eorum gestas, ab anno 1185. vsque ad annum 1400. exhibet Farlat l. cit. Tom. IV. pag. 92. seq.

cta (f) Praebebat olim regibus Dalmatiae sedem.

2.) *Zara, Iadera, Iadra, Dalmatiae Venetae caput, frequens, culta, & prouisoris, atque archiepiscopi sedes (g), ob quam, vetera aeuo, multum sanguinis Hungaros inter, atque Venetos fusum est. (b) (Inter Iaderam & Sebenicum, iacet Aurana, seu Vrana, castrum exiguum, ad lacum cognominem, in quo olin sedes erat prioris equitum S. Ioannis baptistae Auranae. Hodie rudus est triste. Vicinus illi vicus hoc nomini gaudet. (bb))*

D 2

3.) No.

(f) Saeculis superioribus a Turea multum est passa. Historiam episcoporum Noniensium apprehendes apud *Farlat in Illyrico sacro Tom. IV. pag. 204. seq.*

(g) Episcopum vrbs haec primum habebat, donec medio saeculo XII. archiepiscopos consequeretur. *Kercselicb loc. cit. p. 160.*

(b) Colomannus rex Hungariae Iaderam anno 1104 iuris Hungarici effecerat, qua de re in historia agitur. Ludouicus I. rex Hungariae, recuperata, & in obsequium accepta tota Dalmatia, Posoniensi vrbi contulit facultatem commercia libere per totam Dalmatiam, usque Iaderam, vectigali vno tantum in loco deposito, instituendi. Privilegium ipsum hodie dum prostat. Simon Glimbavacz equestris ordinis vir reliquit aliquot scripta, quibus patriam suam illustrat.

(bb) Pertinebat prisca aetate ad templarios. Ludouicus I. vero illam ordini Johannitarum contulit. Ceterum, priorum Auranae historiam erudite conscripsit *Georgius Pray in d'ssert. historico critica de prioratu Auranae. (Viennae 1773.)*

- 3.) *Novigrad*, Novigradum, oppidum medio-
cre, cum arce, captiuitate Mariae I. regi-
nae Hungariae famosa. (i)
- 4.) *Tinen*, Knin, Tinnium, vrbs obliquo im-
posita colli, castro valido, et crebris tur-
ribus munita, celebrem olim habuit episco-
palem sedem, cuius praeful, regius episco-
pus, palatinus item vocabatur. Reges
Hungariae hodieque titulum huius episco-
patus conferre solent (k); administratur
tamen dioecesis ab episcopo Sibenicensi.
- 5.) *Scardona*, (Scodra), vrbs vetere aetio,
ac hodie, celebrior, est aperta, redire incipit in florem pristinum, mercatoribus ex
Bosnia & Seruia huc sedem transferenti-
bus. Est praeterea, Episcopi sede, Bel-
grado huc translata, incluta, in cuius dioe-
cesi sunt 15. parochiae Romano-Catholi-
corum, in quarum plurimis sacra a PP.
Franciscanis idiomate peraguntur Slavo-
nico (l).

6.) *Bel-*

(i) Quod Paullus de Paulo memoriali suo apud Schwandtner in script. rerum Hungaric. T. III. pag. 726. commemorat ad annum 1387. diem 4. Junii. Ibi quoque mater eius Elisabetha regina Hungariae in captiuitate, eodem anno, decepsit, Iadrae in Monaste-
rio S. Grisogoni sepulta. Idem Paullus de Paulo l. cit.

(k) Historiam episcoporum Tinnitiensium exhibit Daniel Farlat in histor. Illyrici Tom. IV. pag. 280. 302.

(l) Hodierius episcopus est LADISLAVS KO-
VATS, cathedralis ecclesiae Iaurinensis praepositus
maior & canonicus.

- 6.) *Belgrad*, Belgradum (Belligradum, vel Alba maris, ad discriminem Albae Hungariæ) vrbs Colomanni regis coronatione, & sede episcopi olim celebrata; (Episcopatus hic Scardonam est translatus) hodie vicus, a nautis, Iadera vetus (Zara vecchia) appellatur (m).
- 7.) *Sebenico*, Sebinicum (Sibenicum) vrbs episcopalil (n) & maritima, portu & nitidis aedificiis, propugnaculisque, instructa. (Post Iaderam, elegantissima, a qua Sebenicensis comitatus denominatus.)
- 8.) *Traw*, Tragurium, Traguria, munitio episcopalil cum portu capaci, in peninsula (o)

D 3

a

(m) Est vicina Iaderas. Colomannus vero rex de sua coronatione ibi celebrata, apud Lucium loc. cit. pag. 180. ita scribit: *Ego Colomannus, postquam coronatus fui Belgradi, supra mare in urbe regia* &c.

(n) Historiam episcoporum Sibeniceasum exhibet Daniel Farlat in Illyrico a pag. 449. 500. Pictores & eruditæ non incelestres aliquot hinc prodierunt; inter hos, in primis memorandi, Antonius Verantius, ac Joann. Tomko Marnarich. Iura vrbi Dalmatiae anno 1167. accepisse perhibetur. *Lucius l. cit. pag. 203.*

(o) Inter cultiores, elegantioresque, Dalmatiae vrbes locum sibi vindicat, in qua est basilica D. Joanni baptistæ dedicata. Praebet sedem praetori & episcopo, cuius eligendi potestatem anno 1108. a Colomanno accepit. Episcopos eius, & eorum res gestas, describit Farlat. l. cit. T. IV. p. 302-408. Eruditos quoque complures aluit, in primis Joann. Lucium, Cariolanum Cippicum, Marinum Statileum, Tranquillum; abundat & marmore eleganti.

a qua comitatus cognominis amoëissimus.
Obiecta illi est insula Bua, Plinio Bubus,
cum qua ponte & aggeribus iungitur.

9.) *Clissa*, Clissa, castrum validum, & vini
olivarumque prouentu diues. Bela IV.
cum vxore & liberis, a Tartaris, ex Hun-
garia fugatus, hic aliquantis per habitabat
(p). Accessus ad eam est perdifficilis.

10.) *Salona*, Salone, primo regum Illyrici re-
gia, postea Romanorum colonia, nunc di-
ruta. (Inter eruditos notus est Thomas
archidiaconus Spalatensis, qui saec. XIII.
historiam Salonianam conscripsit.) (q)

11.) *Spalatro*, Spalatum (Spalatum) vrbis ma-
ritima, (a qua comitatus Spalatensis no-
men traxit) archiepiscopatu (r) & mo-

nu-

(p) Praemiserat huc rex vxorem & liberos, duaeque
filiae eius etiam hic mortuae, Spalati vero in tumulo
sunt depositae. Deuenit in barbari potestatem
anno 1537. qui eam 1669. Venetis cessit.

(q) Idem vero simul vrbis huius ortum, cunabu-
la, & fata exponit in historia sua Cap. II. & seq.

(r) De origine vrbis huius adducit aliqua *Mi-
chael Madius de Barbazonis*, de *Spalato &c.* apud
Schwandnerum in script. rerum Hungar. T. III. cap.
I. pag. 645. Archiepiscopatus hic vetus est, &
olim celebris, cuius historiam laudatus *Farlat in
Illyrico sacro T. III.* integro exhibet. Idem suffra-
ganeos eius Tom. IV. *Madius vero loco cit. cap. 15.*
pag. 645. enumerat. Hervoya perfidus, ducis Spa-
latensium honores, sibi, a Ladislao Neapolitaneo rege
conferri curauit, quos illi Sigismundus imperator
etiam

numentis veterum illustris, in peninsula, portu & civium frequentia nobilis.

12.) *Sing*, *Singia*, munitio insignis prope ad Cetinam amnem, expugnatu difficultis (s).

13.) *Makarska*, *Mucurum*, *Maccaria*, ampla quondam ciuitas, nunc, praeter aedem cathedralem, episcopi domum, & coenobium Franciscanorum, centum fere nonni-
si aedibus constat.

14.) *Almissa*, *Alminium*, (veteribus Oueum) oppidum episcopatu clarum prope Cetinae ostium. (t)

15.) *Narentza*, *Naro*, *Narona*, *Narenta*, vrbis propugnaeulis denudata, ad amnem coguo-
minem posita. (u)

D 4

16.)

etiam reliquerat. Sed, postquam ab eo, iterum desecisset, omnibus honoribus eundem privauit, & proscriptis, *Lacius Lib. V. c. 5. pag. 432. seq. Kercselich l. cit. pag. 249. seq.* Inter eruditos Spalatenses imprimis inclarerunt, Thomas archidiaconus, Mich. de Spakatro, & Marcus Anton. de Dominis. Portus vrbis frequentatur a multis in primis vero a Bosnensibus.

(s) Post Clissam amissam, barbarus illud communiuerat anno tamen 1656. inde est ejectus.

(t) Slavis Omissae audit, media aetate Chulmiae prouinciae caput fuit. Andreas II. eandem, ea de causa, muniendam curauit, ut vicinam oram in officio continere posuisset. Contulerat illi iura etiam ea, quae aliis ciuitatibus Illyrici, quod multos male habebat. *Kercselich l. cit. pag. 185.*

(u) Ab ea Narentani Slavi denominationem tra-

- 16.) *Cicluc*, Citluch, propugnaculum permunitum, eidem fluminii adpositum in insula.
- 17.) *Castel Nuovo*, Castrum nouum, munitio septentrionali sinus Catarensis lateri, infra Ragusam adfixa. (x)
- 18.) *Risano*, Rhizano, (Rosonum) vrbe cula episcopalis. (y)
- 19.) *Cattaro*, Catarum, Ascrivium, vrbs episcopalis, meridionali sinus cognominis lateri subiecta. (z)
- 20.) *Budoa*, Butua vrbs maritima episcopi sede, & propugnaculis incluta. (a)

II.

xerunt. Veneti eam 1716. communire cooperant sed, quia aërem valde habet insalubrem, desriterunt.

(x) Tvarcko Bosnenis regulus, qui, mortuo Ludouico I. rege Hungariae, a legitimo principe, & sacra corona Hungarica, defecrat, illud fundasse perhibetur. Turca id anno 1538. ceperat, anno 1688. Venetis cedere cogebatur.

(y) Episcopus Rosonenensis est JOAN. LVCA-CHY de Bobrovnik, praepositus B. V. Mariae de Bern, cathedralis ecclesiae Nitriensis lector, & canonicus. Turca eadem ter ceperat, & perdiderat, ultimum inde 1684. depulsus est.

(z) Defecit vrbs ad Veneros anno 1428. ex quo tempore illis paret. Antea regibus Hungariae subiecta fuit. Episcopus antea Ragusano suberat, nunc Bariensi, apud Neapolitanos.

(a) Vocatur in documentis episcopus Biduanensis, nuncque Antibariensi, olim Ragusieni suberat. Anno 1686. Turca urbem hanc oppugnauit; capere tamen non potuit. Defenditur eadem ex arce illi imminentie egregie munita.

II. INSVLAE ad Venetorum ditionem pertinuent, quarum maiores sunt

- 1.) *Vegia*, Veglia, cum oppido & episcopatu cognomine, (b) quondam comitatus titulo insignis.
- 2.) *Arbe*, Arba, episcopatu, & vino excellens. (c)
- 3.) *Pago*, Paganorum insula, salem coctilem suppeditat. (d)
- 4.) *Grande*, seu Isole grosse, olim Lantatum, seu insula S. Michaëlis, ultra est in medio.

D 5

5.) *Le-*

(b) Praeter campos, nemora, pascua, frumentum, fert vinum, caseum, & vellus, equos quoque habet, vngulae natura durissimae, soleis minime gentes. Ab anno 1430. Venetis paret. Antea inris fuit Hungarorum. Habebat peculiares comites, qui, in vicinos quoque pagos dominationem exercebant, quod ex diplomate Sigismundi anno 1412. enulgato, apud Kercselich l. cit. pag. 209. protestante, cognoscitur.

(c) Habebat olim peculiarem etiam comitem, quem ciues, vi priuilegii sui, eligebant. Vix 3000. incolas habet, 6. monasteria, & sere 60. sacerdotes. Ab anno 1430. Venetorum sub dominatione est. Episcopus hodierius est RAPHAEL SZENTIVANYI, de eadem.

(d) Iadertini eam sui iuris esse adseuerabant, &, a Sigismundo imperatore, repetebant. Quia tamen rex hic precibus eorum deferre nolebat, propterea, ab eo, ad Venetos, Dalmatiae inhiantes, defecerant. De iure Venetorum in eandem aliqua *Lucius Lib. III. cap. 12. pag. 230. & seq. adtigit.*

- 5.) *Lestna*, *Pharia*, cum ciuitate, portu, & episcopo ornata (e). Ceterum, insula abundat oleo, ac vino, non item frumento. (Est maxime populosa inter omnes Dalmatiae insulas, ditissima etiam, & rebus ad vitae usum necessariis maxime instruta. Episcopum Phariensem rex Hungariae solet nominare.)
- 6.) *Brazza*, *Bratia* crebris portibus gaudet, nautis laudata, quod eis res ad viuendum necessarias suppeditet. (f)
- 7.) *Lissa*, *Liffa*, priori subiecta, quae, cum veterum Iffa, eadem esse censetur (g), infra in pelagus recedit, duobus portibus instructa, ceterum, fere omnium, praeter quam vini, inops.
- 8.) *Curzola*, *Corzula*, quondam *Corcyra nigra*, alueo angusto, a ditione Ragusana direinta, & vrbe cognomine, episcopatu, atque marmore cognita. (h)

S. 20.

(e) De Pharenſi episcopatu, eiusque ortu & incunabulis, disputat *Lucius l. cit. Lib. III. cap. 13.*

(f) Refertur inter maiores Dalmatiae insulas. Habet vicos complures, silvas & agros praefstantes. Praetor, quem hic Venetae ponunt, domicilium habet in oppido a S. Petro denominato. Episcopus, qui in insula est, Ragusano suffragatur.

(g) Qua de re disputat *Lucius Lib. I. cap. 1. pag. 17.*

(h) Est vrbs elegans, cum basilica antiqua, in qua multi Itali se deposuerant. Ladislaus rex Apuliae, vt in Dalmatiam, Venetis non repugnantibus, trans-

§. 20.

DALMATIA RAGVSANA in extremum retrusa meridiem, ardis in continenti, & insulis, continetur limitibus. Incolae Slavico partim, partim Italico vtuntur idiomate. (i)

I. In CONTINENTI Ragusani iuris sunt.

1.) *Ragusa*, Ragusa vrbs ampla, permunita, formae elegantis, fides est reipublicae, & archiepiscopi; portu, ac propugnaculo S. Laurentii aucta. (k)

2.) *Gra.*

transfretare, & regno Hungariae potiri potuisset, vrbem & insulam Venetis vendidisse anno 1402. dicitur.

Lucius Lib. V. cap. 4. pag. 419.

(i) Regitur ad formam reipublicae Venetorum, per rectorem, decemviros, & magnum consilium. Equestris ordo olim potens erat, & amplis libertatis praeditus. Civis omnes sacra Romano Catholica profitentur, tolerantur tamen ibi Armenii quoque, & Mahometani. Viunt vero cives in primis ex mercatu, quem, per Turcas provincias, ingenti cum lucro instituunt. Turcae, pro protectionis beneficio, certum tributum mittere solent.

(k) Usque ad cladem Mohacsianam regibus & sacrae coronae Hungaricae, suberat. *Istuanus Lib. II. pag. 29.* In epistolis Matthiae Coruini prostant aliquot epistolae, ex mandato regis ad vrbem hanc exaratae. Vrbs alias est antiqua & ante Christum natum condita. Avaram haber sanam, sed agrum rilem,

60 COMPENDIOLVM GEOGRAPHICVM,

2.) *Grawosa*, Grauosa, S. Croix, locus amoenus, Ragusanorum hortis voluptariis referitus, portum habet orae huius optimum.

II. Inter INSVLAS Ragusanis obsequuntur.

1.) *Sabionocello*, Sabioncella, peninsula, in qua Stagno, Tittuntum, vrbs episcopalis populosa & bene munita.

2.) *Meleda*, Mlit, Melita, insularum Dalmaticarum, in mari Adriatico extrema, vino pomisque citreis, & aurantiis copiosa. (1)

S. 21.

DALMATIA TVRCICA, per HERCZEGOWINAM, seu DVCATVM SABBAE, a Bosnia, ad Albaniam prorogatur: Herczegovina olim comitatus Chulmensis vocabatur, pertinebatque ad Bosniam. Stephanus Coscius, a Friderico III. titulo ducis obtenu-

to

rilem, &, quae ad viatum sunt necessaria, majori ex parte, ex vicina Turcica ora procurat. Ceterum, libertatis tuendae adeo est tenax, ut, aliquot tantum horis, interdiu portas urbis apertas habeat.

(1) Florebat initio saec. XVI. hic Ludouicus Thibero, Benedictini ordinis abbas commentarioque eruditissimus historiam sui temporis exposuit. Vid. Bandurini *animaduersiones in Constantini Porphyrogeniti libros de thematibus &c.* T. XVIII. (editionis Venetae pag. 42, seq.)

to (ideo Chulmia Herczogovina, ducatum latine dixeris, appellata) in memoriam S. Sabbae, & Simeonis Seruiae & Rasciae regis, filio, monacho primum, postea archiepiscopo Seruiae, iterum monacho insigni fama pietatis, ducatum S. Sabbae nominavit (m). Occurrunt hic:

- 1.) *Dumnum, Delmum, Dalminium, nobilissima quondam Dalmatiae vrbs, hodie proprius ad vici, quam ad oppidi formam, accedit. Habet tamen episcopen, cuius praeful iam Dunnensis, iam Crainensis (limitaneus) Chunnensis item, Chulmensis episcopus vocatur.*
- 2.) *Clinowo, Clinouia, oppidum elegans inter Cliffam, Bosniamque situm.*
- 3.) *Trebigne, Tribunia in meridiem reiecta, tenuis quidem nomine tamen episcopali nobilitata est.*
- 4.) *Antivari, Dulcigno: Scutari (n) atque Dravasto*

(m) Historiam ducum Sabbae comitum Chulmiae breuiter expositam deprehendes in Caroli du Fresne Illyrico veteri & novo cap. XI. XII.

(n) Scutariensis episcopus EMERICVS KRISTOVICH erat usque ad annum 1777. quo ad Clauadiensem episcopatum est promotus. Successor illi datum est JOANNES FEJA de Nagy-Rakó Cathedralis Eccles. Scepusiens, Praepositus maior &c.

vasto (Drivesto) (o) oppida Dalmatiae, a-
gro Albaniae sunt inserta.

§. 22.

Adiiciatur urbium praecipuarum in Illyrico Hungariae tabula.

- 1.) Archiepiscopatus catholici numerantur III. *Iadrensis*, *Spalatensis*, *Ragusanus*; quibus Carlovicensis Graeci ritus in Slauonia, adnecti potest.
- 2.) *Episcopatus* catholici, qui suis suffragantur archiepiscopis, diuersi numerantur:
 1.) *Iadrensi*, archiepiscopo suffragantur III. *Anfarensis*, seu *Ansariensis*, *Vegliensis*, *Arbensis*. 2.) *Spalatensi*, archiepiscopo subfunt XII. *Tragurienfis*, *Scardonensis*, *Tiniensis* seu *Climensis*, *Nouiensis*, seu *No-*
nentis, *Sebenicensis*, *Temnensis*, seu, Dum-
 nen-

(o) Olim ad inclutam Spanorum gentem pertinebat, quae ab Andrea quodam anno 1366. mortuo, ortum ducebat, *du Frejne in Illyrico vetere & novo cap. XIX.* Episcopus Driuestanus Antibarense metropolitae subest. Vsque ad annum 1777. episcopi Driuestani honoribus funetus est IGNATIVS NAGY de Sellye, vero tunc Albensis episcopus est renunciatus. Hodieernus Episcopus est JOSEPHVS PETHÖ Cathedralis Ecclesiae Quinque ecclesiensis Custos & Canonicus &c.

nensis, Segniensis, Almisiensis, seu Alminiensis, Macariensis, Pharensis seu Lessiniensis, atque Vouadrensis. 3.) *Ragusan* archiepiscopi suffraganei sunt IX. Stagnensis, Tribunicensis, Rosoneensis, seu Risanus, Cattariensis, Biduanensis, Bratiensis, Corzulensis, quibus Scutariensis, Dulcinensis, in Albania adnectuntur. (p)

3.) *Episcopatus Graeci* ritus; sub *Carloviczeni* archiepiscopo, in Slauonia & Hungaria VI. numerantur: Petri-Varadiensis, Temesuariensis, Aradiensis, Budensis, in Slavonia Pacratiensis, & Costanouicensis. (q)

4.) *Metropoles*: *Zagrabia*, Slauoniae totius; *Carlstadt*, Croatiae; *Zeng*, Dalmatiae Hungaricae; *Zara*, Dalmatiae Venetae; *Ragusa*, Dalmatiae Ragusanae, *Eszek*, Slauoniae.

5.) *Ciuitates liberae*, atque *regiae*, Caproncza, Crifium, Segnia, Varasdinum, Zagrabia, & Caroloitadium.

6.) *Oppida militaria*, Slauoniae. 2.) In *praefectura Draui*, & *Danubii*: Eszek, Petri-varadinum, Carlovitz. 2.) In *praefectura Sa-*

(p) De suffraganeis archiepiscoporum Dalmatiae legi potest Thom. archid. Spalat. l. cit. c. 15. p. 549.

(q) Haec paullo aliter supra §. 6. litt. K. ex regio regulamento sunt exposita.

Savi: Mitrowicz, Ratzka, Brod, Gradišca.

7.) *Oppida militaria*, Croatiae & Dalmatiae Hungaricae. 1.) In *praefectura Varasdiensi*, Varasdinum, Caproncia, Crisium, Ivanićum, Fanum S. Georgii, Petrina. 2.) In *praefectura Carolostadiensi*, Carolostadium, Crisanicum, Barillovicium, Schichburgum, Sluin, Oguli, Zeng, Ottoschach, Lycanus, & Corbauiensis comitatus, Zwonigrod.

8.) *Portus*, Bocari, Zeng, Zara, Sebenico, Traw, Ragusa, Veglia, Lefina, Lilia, Brazza, S. Croix.





COMPENDIOLVM
REGNORVM
GALLICIAE & LODOMERIAE
GEOGRAPHICVM.

§. I.

GALLICIAM, seu HALLICIAM (a) &
LODOMERIAM, quam & Wlodome-
riam

(a) Galiciae vocabulo vntuntur reges Hungariae in titulis suis & diplomatis, Poloni, Haliciam vocant. Notandum tamen est, regna haec, non esse ibi querenda, vbi saeculis XIII. XIV. & XV. Galicia & Lodomeria prostabant. Olim eadem completebantur Russiam, quam rubram vocamus, Podolię, Volhiniam, & nonnullas adhuc vicinas provincias. Ab anno vero 1772. ad Galiciae & Lodomeriae regna referuntur, Russia rubra integra, pars Podoliae illi vicina, vsque ad annem Podoręcze, Cracoviensis, Sendomirienis & Lublinensis

riam dicunt (b), veteris Sarmatiae partes,
Au-

palatinatum partes, quae inter Carpatum & flu-
rios Vistulam, & Sana iacent. Galiciae & Lodo-
meriae regna, alias regnum Russiae S. Coronae Hun-
gariae subiectum in antiquis diplomatibus vocantur,
&, qui regum Hungariae potestate, regnis his regen-
dis, praeficiebantur, Wawodae, Capitanei, Rusza-
iae, Russiae, totius regni Russiae (scilicet Hun-
garicae, vel ad Hungariam spectantis) vocantur,
apud Franc. Carol. Palmam in der Abhandlung von
den Titeln und Wappen, welche Maria Theresia als
apostolische Königin in Hungarn führet pag. 63. seq.

(b) Lodomeriam vocant reges Hungariae, in titu-
lis suis & diplomatibus, Polonici scriptores, Wlodo-
meriam. Poloni, ut & Lithuania, ut iura régum Hun-
gariae in regnum hoc imvoluerent, & incerta redi-
derent, Lodomeriam, in palatinatus aliquot, diui-
serant. Ipsam vero provinciam, seu terram, quae
in specie Vladimiriensis vocabatur, nunc Chelmen-
seum, nunc Lucensem appellabant. Joannes Dlu-
gossus (qui anno 1480. decepit in historia Poloniae
Lib. III p. 72. ad annum 1073. Terra inquit, Chel-
menis, quae prius Vladimiriensis vocabatur, nunc
utroque nomine, abrogato, Lucensis appellatur; regio erat
in eum diem diues, & opulenta, frequentes habens vi-
cos & oppida, pauca erant munita. Wolyn praecipua
in ea vrbs erat, de qua idein Dlugossus Lib. I.
pag. 18. seq. habet. Vczew (fluvius) cuius fons
ex sylvis Grodek, villa, Podchorzyce, ostia in villa
Grodek, ubi prius antiquitus castrum Wolin, a quo
vniuersa terra Wolynska appellatur, erat, quae nunc
Chelensis & Lucensis nominatur

Haec ex Dlugosso eruit auctor der kritisch-geo-
graphischen Untersuchungen über Roth-Russland in Joh.
Georg. Meusel Geschichtsorcher III. Theile. Halis.

Augusta MARIA THERESIA anno 1772.
iure postliminii occupauit. (c)

§. 2.

Terminatur omnis haec regio, austrum versus, Moldauia, Transiluania, & Hungaria, qua ad occasum vergit, Vistula flumine, Sandomiriam usque; hinc plaga boreali, per Zamosciam, Rubissouiamque ad Bugum procedit; inde, aduerso flumine, paullulum progressa, pergit incurua ad ortum, seque ad Brodum molliter fastigiat, dum, ab urbe Zbaras, per extrema Podoliae, secundo amne Seres, ad Tyram procurrat.

§. 3.

Fluuii praecipui numerantur septem:

1.) *Vistula*, die Weichsel, quae prouinciam occupatam, a Polonia minore distinguit. (d)

E 2

2.)

1776. in 8.) pag. 4. qui simul addit, a tribus praecipuis arcibus Wolino, Wladimiro, & Chelmia, totam regionem, diuersa nomina, diuerso tempore, fortitam esse.

(c) Ex illis, quae iam praemissa sunt, euidens est, augustam reginam, ex regno Lodomeriae fere nihil recepisse, ex Galiciae vero regno, partem maiorem Podoliae, Polonis & Lithuanis reliquisse. Loco huius partis Podoliae, & Lodomeriae, partes palatinatum Cracoviensis, Sandomiriensis, & Lublinensis, inter Carpatum, Vistulam, & Sana fluuios positas, a Polonis accepit.

(a) Polonis Wisla audit, Vandalus quoque a nonnullis vocatur, ut & alba aqua, de quo plura legi

- 2.) *Dunaiecum*, Dunavecze, Dunaieck, in Hungaria ortus, in Vistulam cadit. (e)
- 3.) *Sana*, die San, ex Carpatis radicibus scaturiens, apud Sandomiriam Vistula commiscetur. (f)
- 4.) *Bugus*, Bug, ex Russia rubra in Vistulam peraeque exoneratur. (g)
- 5.) *Seres*, Seres terminator regionis, qua ad Podoliam vergit.
- 6.) *Tyras*, der Niester, emanans ex Russiae rubrae lacu, in Pontum labitur. (b)
- 7.) *Pruthus*, die Pruth, in Carpato Pocutiae exortus, per Moldauiam, in Danubium properat. (Addi potest octauus, Podorz, qui par-

legi possunt apud Dlugoffum hist. Poloniae Lib. I. pag. 9.

(e) Dunaiec duplex est, albus & niger, vterque vero apud Scepusienses oritur, inde in Galliciam defluens, apud oppidum Opatovceza, Vistula recipitur. In Dunaiecum vero Poprad, peraeque in Carpato apud Scepusienses ortus, inter vetus & nouum Sandecum, illabitur. Dlugoff. l. cit. pag. 11. Atque hi tres fluuii sunt, qui, ex Hungaria in boream defluunt, reliqui, quotquot in Hungaria scaturigines habent, & qui aliunde eo deferuntur, in Danubium se exonerant.

(f) Defluit per Russiam rubram, vnde in Sendaruiensem oram venit. Dlugoff. l. cit. pag. 11.

(g) Est nauigabilis alias, & paludibus multis interruptus, defluit etiam versus boream. Martin. Cromer. de rebus Poloniae Lib. XII. p. 308.

(b) Graecis Trisanis, Tartaris Turlo, de quo Dlugoff. l. cit. p. 17.

partem Podoliae ad Galliciam applicatae, ab illa parte, quae Polonis est relicta, discernit. (i)

S. 4.

Quantum ad naturalem Galliciae & Lodomeriae statum adtinet:

- 1.) Regio, qua Carpati inga contingit, ante alias, asperior est, de cetero, solo laeta, & sicuti hominum, pari modo brutorum animalium perfoecunda genitrix. (k)
- 2.) Res, quae horum regnum in agris crescunt, sunt: ex *vegetabilibus*, omnis generis frumenti, herbarum, lignorumque admiranda multitudo; ex *animantibus*, boues oppido pingues, equi durabiles, ouium, porcorumque greges innumeri, diuersa ferarum genera, apes, cetera; ex *mineralibus*, cu-

E 3

prum,

(i) Legi potest edictum augustae reginae 1772. die 11. sept. in Galliciae regno publici iuris factum.

(k) Solum in regnis his variat. Silesiae & Carpati vicina regio, quae ad Polonię antea pertinebat, montosa est, sterilis, & pascuis magis fauens, quam agriculturae. Russa rubra fabulosa quidem est, sed fertilis, exceptis locis nonnullis ad Carpati radices retrusis, Podoliae pars, quae ad Galliciam, referatur, est fertilissima, graminis, cereris, mellis & piscium feracissima. Abundat ergo bobus, ouium gregibus, cera praestantissima, & pellibus, de qua plura apud Matthiam a Michowia in descriptione Sar-

prum, plumbum, ferrum, ac in primis fal multiplex, maxima in copia. (l)

3.) Incolas regionis, in Polonos, & Russos
(m) merito dispescueris, in queis Iudeorum

Sarmatiarum Asiana & Europeanae, & eorum, quae in eis continentur. Craconiae 1521. in 4.)

(l) Salem Poloni atque Lithuanii amplius ex distinctionibus suis habere nequeunt, adeoque, a vicinis, in primis tamen ex Galicia & Lodomeria, emere necessum habent. De falinis Velitzkenibus, & Galliciensibus, suo loco, nonnulla adducentur. Ex distinctionibus augustae reginae plus fere salis prouenit, quam ex reliquis regionibus, quae in Europa prostant. Facile certe, medium fere Europam, sale augusta regina prouidere posset, in primis, si pluribus adhuc in locis eosdem ex terrae visceribus eximere placeret.

(m) Ante saeculum XV. fere soli Russi in utroque regno deprehendebantur, postea, coloniae multae, ex Polonia & Lithuania, eo deducebantur, & bona, fundique Polonis, atque Lithuanis conserebantur. Noui hi heri, colonos, libertatibus, quibus ab antiquo tempore gaudebant, sensim exuebant, eosque, in miseram illam seruitutem, in qua Polonici, atque Lithuanici coloni deprehendebantur, detrucebant. Inde motus varij, & belta intestina, orta sunt, & propterea, saeculo superiori, Ukrainenenses, a Polonis defecerant, quod ex historia notum est. Anno 1776. deprehendebantur in utroque regno, ciuitates 254 oppida 57. pagi 6395. dominus 486081. incolarum sacris Christianis addictorum 2436596. Iudeorum vero, 144200. adeoque, omnium Christianorum, ac Iudeorum, 2580796. Ultimo bello Russico Polonico Turcico, regna haec, mul-

rum magnus reperitur numerus (*n*). Miles, ex Germanis, Hungarisque, maxima parte constat (*o*).

4.) Sermo, cum Polonorum, tum Russorum, regna haec incolentium, ne quid de Germanis, Hungarisque dixerim, est originis Sarmaticae, ien Slauonicae (*p*). Viri nobiles, latinam pariter, ac Gallicam probe callent linguam, breui vtramque cum Germanica commutaturi.

§. 5.

Ne status ciuilis regnum praetereatur, notetur :

E 4

i.)

multum sunt passa, & multi homines solum patrium deserere coacti sunt. Facile regnum vtrumque 3000000 hominum sustentare posset, in primis, si artes & commercia in florem ibidem eueherentur.

(*n*) Judaeorum numerus in dies diminuitur, sapientibus, quas augusta regina, in regnis his, perfect legibus. In eo vero in primis laboratur, ut matrimonia eorundem impediantur, &, ne diuersoria, popinae, & alia beneficia, illis locentur amplius.

(*o*) Leguntur milites etiam praeclari ex vtroque regno. Fortes certe incolas Galicia, atque Lodomeria habet, laboris & inediae patientes, adeoque ad tractanda arma aptos.

(*p*) Ruthenicus sermo proxime accedit ad Slavicurn, qui in Sarosensi, Zempliniensi, Vngvariensi, & aliis, superioris Hungariae comitatibus, ad Carpatum positis, in vnu est. Moribus quoque & viuendi ratione, Rutheni nostri, in his comitatibus de-

- 1.) Regimen hic sensim formam monarchicam induit Serenissimae domui Austriacae iam proprium haereditariumque. (pp)
 - 2.) Administratur augustae MARIAE THERESIAE imperatricis , atque reginae apostolicae nomine , per summum praetorem , (nominatur publicis in scriptis commissarius , plenipotentiarius & gubernator regnum Galiciae & Lodomeriae) (q) atque diversa bono publico procurando instituta collegia (r).
 - 3.) Ordines prouinciarum quadruplicis sunt generis. 1.) Ecclesiastici , quo archiepiscopus ,
-

degentes , proxiine ad Russos , Russiam Hungaricam incolentes , accedunt , quod documento est , transisse non paucos Ruthenos , ex Russia , in Hungariam cum Theodoro Kériatovichio , aliquos ante , alias post eundem , dum adhuc Galicia & Lodomeria regibus Hungariae obsequabatur.

(pp) Antiqui principes Russorum , quorum multi erant , in hac , vicinisque regionibus , fere plena potestate gaudebant. Audiebant tamen in rebus arduis consilia & opiniones procerum , seu prouincialium , quod ex Nestore domestico rerum Russicarum scriptore , p. 235. doceri potest.

(q) Duo vero illorum sunt , alter res ciuiles dirigit , alter vero bellicas. Prioris ordinis gubernator nunc est AVGVSTVS comes de AVERSPERG , posterioris vero comes JOSEPHVS de SISKOVICS.

(r) Summum collegium est Leopoli , quae metropolis est Russiae Hungaricae atque Lodomeriae , cui

pus, episcopi, abbatesque pertinent. 2.) Magnates diuersorum graduum. 3.) Nobiles, quorum tamen numerus, in dies minuitur. 4.) Ciuitates ad modum Hungarorum. (s)

4.) Reditus, si prouida accefferit, vt facile est coniectu, rerumpublicarum cura, faci ad quinque millions florenorum, ex his regnis haberi poterunt. (t)

E 5 5.)

cui sumimus praetor regius praeest. Cancellaria vero regnum horum, cum Bohemica, nunc coniuncta est. communemque habet cancellarium.

(s) Prisca aetate, praeter clerum, equestris ordinis viri, quos Boiaros vocant, in regnis Galliciae & Lodomeriae deprehendebantur. Comites, barones, illis, vt Polonis, & multis aliis populis, ignoti erant. Principibus illi tantum adnumerabantur, qui hic aliquem principatum tenebant, quod ex Nestore scriptore Russico saeculi XII. luculente doceri poterit.

(t) Reditus praecipui sunt, ex sale, bonis, quae ad fiscum devoluuntur, tributis, vectigalibus, qui, si commerciis & artibus prouinciales operam dede-rint, multum possunt augeri. Vectigalia a rebus, quae in ditiones Austriae deuehuntur, & inde ad feruntur, multum sunt commercii promouendi caufsa anno 1776. diminuta. Si quis praeterea incola, vi- nius nonnisi Joachimici nummi censum, quoquis anno praefstaret, longe maior, quam 5. millionum floreno- rum summa iam inde prodiret.

- 5.) Vires autem sic accrescunt pedetentim ,
vt proxime quinquaginta superaturae sint
armatorum millia. (u)
- 6.) Religio Romano-Catholica, & Graeca, (x)
principem habet his in terris locum, nec
tamen Augustanae (& Helveticae) con-
fessionis sociis denegatur religionis exer-
citium.
- 7.) Regnat hodie, inde ab anno 1772. menfe
Octobri, MARIA THERESIA, Romano-
rum imperatrix, Germaniae, Hungariae,
Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae, Slauo-
niae &c. regina. Feliciter !
- 8.) Heres est Iosephus II. Romanorum Impe-
rator, Germaniae rex. Viuat !

§. 6.

Iunat aliquid eorum adhuc addere , quae
ad historiam Galiciae & Lodomeriae perti-
nent. (y) Russi , qui versus meridiem & pro-
pius

(u) Ex numero incolarum & prouentum regis su-
pra adducto , facile erit colligere , quanti milites sti-
pendio principis in regnis his ali possint. Munien-
da etiam erunt aliquot loca , & praefidio ,appa-
tuque bellico instruenda.

(x) Graeci ritus alii iterum sunt *uniti* , alii ve-
ro *diffidentes*. Ante saeculum XIII. pauci Rom.
Catholici in regnis his deprehendebantur.

(y) Auctor hac de re pag. 590. nihil habet , cum
aliunde raro regnorum descriptioni , historiam subne-
ctere soleat. Quia tamen res Galiciae & Lodomeriae

pius ad Carpatum , ac Borystenem habita-
bant, prisca aetate, celebriores erant, quam
illi , qui domicilia propius ad septentrionem
habebant. Pauci tamen sunt, qui res eorum
gestas in monumenta retulerunt. Inter Russi-
cos quidem scriptores, principem sibi locum
vindicant, Nestor, monachus claustris Theodo-
siani Kiovienis , & continuatores eius (z).
Inter Polonicos vero , praeter Vincentium
Kadlubko, (a) & Martinum Polonum (b); Io-
annes Longinus , seu Dlugoff. canonicus Cra-

CO-

valde sunt obscurae & perplexae , Hungariae vero
cives easdem ignorare dedecet : tribus , si eas verbis
adtigero , & fontes indicauero, operaे pretium fa-
cturum me esse existimo.

(z) Opus hoc Russica lingua conscriptum , sae-
pius transcriptum , & variis additamentis variorum
virorum interpolatum est , antequam typis euulgare-
tur. Joan. Benedictus Scherer illud in Germanicam
linguam transtulit , & Lipsiae 1774. in 4. cum orbe
litterato communicavit. De auctore , annalibus eius ,
eorumque continuatoribus , erudite commentatur ,
Aug. Ludwig Schlöczer in der Probe Russischer An-
nalen.

(a) Episcopus Cracouienis scriptor saeculi XIII.
fabulosus , cuius historiam Polonicam , cum commen-
tario Dlugossi historiae Polonicae Lipsiae 1712. recu-
fae T. II. admexam deprehendes.

(b) Hic eruditis parum notus est : meminit tamen
eius auctor recitationis academicae , de ortu regiae
dignitatis in Polonia (Lipsiae 1754.) & Joh. Georg.
Meusel in des Geschichtsrecher III. Theile.

coniensis, nominatusque archiepiscopus Leopolensis (c) Matthias Miechovszky (d) & Martinus Cromerus (e). Inter Lithuaniaeos autem, Matthias Ossostovicius Strykowszky (f), & Albertus Vijuk Kojalovics (g). Russorum horum res, usque ad saeculum IX. perplexae sunt, & incertae. Magnus eorum princeps,

(c) De quo Meusel l. cit. III. Theil; p. 1. & bibliothecae historico selectae Struviio Budarianae T. II. p. 1509. Legi quoque potest Braun in scriptoribus Poloniae & Prussiae (Colon. 1723. in 4.).

(d) Medicus, astrologus, & historographus Polonorum celeberrimus, circa annum 1456. in lucem editus, anno vero 1523. mortalitate interceptus, de quo Joan. Georg. Meusel *Geschichtsforscher* in III. Theil, p. 7. & Braun l. cit.

(e) Episcopus Varmiensis mortuus 1589 de quo Okolszky in orbe Polono T. I. pag. 499. seq. Braun l. cit. Historiam eius, aliqui, Dlugosz anteponunt, mihi vero eodem longe inferior esse videtur. Editio, qua vtor, anno 1555. Basiliæ procurata est.

(f) Canonicus Miedniczensis in Samogitia, Lithuaniaeorum rerum scriptor antiquissimus & optimus, in Chronica Lietawska, Polonica lingua conscripta & nuper recusa.

(g) Fuit ex societate Jesu, historiamque gentis suae duobus tomis in 4. conscripsit, quorum prior Dantisci 1650. posterior vero Antuerpiæ 1669. in lucem prodit. Vterque rarus est, mirumque, quod nemo hunc sit inuentus, qui opus multo labore conscriptum, recudisset. Habet plurima ex Dlugosz, & ex Strykowszko.

ceps, cui plurimi alii Russici principes suberant, Kioviae sedem habebat (*b*). Hungari, circa annum 889. a Pacinacitis alterum denicti, sedesque nouas quaerere coacti (*i*), in Russicas prouincias, nemine repugnante, transferunt, &c, in illis, decem per annos, vndique tuti & quieti morabantur (*k*). Superato dein Carpato monte, in regionem eam praestantissimam, se inferebant, quae, ab illis, Hungaria est denominata (*l*). Expeditionis huius comites fuere Russi nonnulli, Carpato vicini, quibus itinera in Hungariam haud igno-

(*b*) Quod ex Nestoris qui ibi degebat, annalibus passim cognoscitur. Pagina certe 52. ad annum 882. sequentia refert. Und Oleg regierte in Kiew, und Oleg sagte: diese Stadt soll die Mutter aller Russischen Städte werden, &c.

(*i*) Constantinus Porphyrogenita de administrando imperio cap. 37. seq. & Georg. Pray in annalibus Hunnorum, Auarum, &c.

(*k*) Non est ausus haec diffiteri Nestor in suis annalibus pag. 53. Anonymus quoque Belae regis notarius scriptor saeculi XIII. de quo Pray in dissertationibus historico criticis in annales veteres Hunnorum &c. p. 71. seq. cap. 7. seq.

(*l*) Nestor l. cit. Hierauf vertrieben die Ugrer (Hungari) die Wlochen (Maharenenses) und eroberten das Land, und wohnten mit den Slaven zusammen, nachdem sie solche überwunden hatten, und es wurde daher das Ungrische Land genannt. Conuenient cum his, ea, quae anonymus Belae regis notarius cap. 12. 13. refert.

ignota fuisse videntur. Hi fidei suae Hungarisi comprobatae, illa tulerunt praemia, quod ad Carpati radices sedes acceperint, ciuitateque Hungariana primi donati sint (*m*). Post complures principes, Hungarisi, atque Polonis vicinos, Wladimir circa an. 980. inclarerat. Obedientes is habebat Russos plurimos, Kioviaeque domicilium sumserat. Ex tribus uxoribus 12. filios sustulisse dicitur. (*n*) Illo extinto, Russiae huic, decem obtigere principes, in quos magnus princeps Kioviae degens aliquid potestatis habebat. In eo in primis elaborandum ei erat, ut, diuersi principes & reguli Russiae, concordes vinerent, neque alter alteri bellum obmoueret, quin potius coniunctis viribus, se, suosque, aduersus hostes quoscunque tuerentur. (*o*) Exarserant tamen fae-

(*m*) „ Anonymus Belae regis notarius c. 10. simili liter multi de Ruthenis, Alino duci adhaerentes, secum in Pannioniam venerunt, quorum posteritas, usque in hodiernam diem, per diuersa loca, in Hungaria habitat.

(*n*) Obiit anno 1615. Nestor l. cit. pag. 96. 116. Dlugossius in histor. Pol. Lib. II. pag. 144. Videtur Dlugossius annalibus Russorum antiquis usus esse, Thurocz, contra ea, Bonfinius, & reliqui rerum Hungarianarum scriptores, res Russicas, quod dolendum, valde raro adtigerunt.

(*o*) Post hunc, Jaroslaw iterum toti huic Russiae imperabat, eamque anno 1054. decedens, inter sex filios suos diuidebat. Maximus natu Isiaslaw, magnum principatum Kiovensem, & potestate ali quam

saepius inter eos bella ciuilia grauia , moxque non pauci videbant sibi necessitatem esse impositam , partim in aliorum principum clientelam concedendi (p) ; partim vero aliunde principes euocandi , in eosque rerum summam transferendi. Hungari , post aliquot expeditiones in Russiam susceptas , eos experti sunt rerum successus , ut Galliciae & Lodomeriae duos insignes principatus sui iuris efficerent , & in regna , procedente tempore , multis prouinciarum accessionibus locupletata , commutarent . Ab aetate Andreae II. qui primum ipse Galliae & Lodomeriae , regna regebat , deinde ,

al-

quam in fratres suos conseguebatur. Ita enim Jaroslaw morti vicinus filios suos alloquebatur : nun
sehe ich melnen Sohn , und euren Bruder Iiaslawen zu
meinem Thronfolger , diesem gehorchet , so wie ihr mir
gehorchet habt und derselbe soll bey euch meine Stelle
vertreten. Ec paullo post : zu Iiaslawen aber sagte
er : wenn jemand deinen Brüdern unrecht zu thun suchet ,
so stehe dem bey , welchem man zu nahe tritt. Dlu-
goss. Lib. III. pag. 238. Similis forma imperio-
rum apud vicinos Polonos , Hungaros , atque Bohe-
mos obtinebat. Apud Polonos , Monarchae Po-
lonorum , reliqui principes suberant , apud Hunga-
ros vero & Bohemos , principes regii , tertiam par-
tem regni tenentes , regibus suis etiam obseque-
bantur.

p) Matthias a Michouia , apud Pistorium in scri-
ptoribus rerum Polonicarum : „ Parebat Halitia , seu
„ Galicia , ducibus Russiae , qui , in plures partes di-
„ uisi , alii Hungarorum , Polonorum alii , auxilia (ad-
„ de imperia) sequebantur.

alteri filio Colomanno, ab ordinibus expetito, cesserat (q). Reges nostri, Galliciae simul & Lodomeriae reges fuerat (r), regnaque haec, sub imperiis suis, ad Sigismundum imperatorem usque conseruarunt. Casimirus III. rex Polonorum, cui Ludouicus I. eius ex sorore nepos, rex Hungariae, Russiam iuris Hungarici, usque ad extreum suae vitae diem, certis legibus cesserat, postquam plures etiam prouincias Russicas sub suam redigisset potestatem, titulis, quibus, ante eundem, reges Poloniae vtebantur, anno 1346. nouos, videlicet Russiae domini & heredis addidit. (s) Adeoque 100. & aliquot annis, reges Hungariae, prius, pro regibus Galliciae & Lodomeriae habebantur, quam reges Poloniae, pro dominis & heredibus Russiae (t). Maria I. & Sigismundus maritus eius, bellis internis, ex-

ter-

(q) „ Andreas II. ita ad Innocentium III. Pontificem scribit: Nouerit sanctitas vestra, quod Haliciae principes, & populus, nostrae ditioni subiecti, humiliter a nobis postularunt, ut filium nostrum Colomannum, ipsis in regem praeficeremus.

(r) Andreas II. primis statim annis, titulis his est usus in diplomatis & priuilegiis, quae concedebat. In diplomate anno 1207. apud Daniel Farlat in Illyrico sacro T. III. pag. 237. occurrente, regnorum horum nomina iam deprehenduntur.

(s) in volumine legum, seu constitutionum Polonicarum Part. I. p. 2.

(t) Ne quidem ipsi reges Poloniae, regibus Hungariae, titulum hunc dubium faciebant.

ternisque impliciti, hostes nouos, quos omnium minime metuebant, acceperant. Ex una parte inquieti Poloni, quibus non sufficerat principes hos, iure in totum regnum Poloniae spoliare (*u*), ex altera vero, Lithuani, in Russiam Hungaricam, nulla praemissa belli denuntiatione, se inferebant, eamque, nemine resistente, facile subiugabant (*x*). Repetebat quidem Sigismundus postea, ab adfine suo, Galliciam & Lodomeriam, partim per crebros legatos, quos in Poloniā mittebat, partim in congressibus compluribus, qui, vtriusque principis auctoritate, apud Scepusienses instituebantur, & quibus vterque princeps bis intererat: verba tamen sola dare videbantur Poloni, Hungaris, qui, armis, iura sua vindicare, etiam si voluissent, non poterant. Numquam

(*u*) Notum est ex historia Poloniae, Polonos, Ludouico I. Hungariae & Poloniae rege, adhuc viuente, promisisse, se, post fata eius, nullum alterum principem, quam Sigismundum, pro legitimo rege & herede agituros. Sigismundus iure sanguinis id regnum etiam sibi vindicabat, cum, mater eius Elisabetha, neptis fuerit Casimiri III. illius, qui, ultimus ex Piastis masculis, apud Polonos, regnabat; quae omnia ex archidiacono Genesnensi, Dlugosso, Cromero, & variis diplomaticis, doceri possunt.

(*x*) Neque id Dlugossius & Cromerus inficias ire audent. Legi potest prior Lib. X. pag. 86-69-126. posterior vero Lib. XIV. pag. 337. Lib. XV. pag. 359.

quam de eo fuerant solliciti, ut foederis, hac occasione percussi, legibus satisfacerent (y). Extincto anno 1437. Sigismundo imperatore, ius sacrae regni Hungariae coronae, in Russiam hanc existinctum esse, Hungarcs non credidisse, inde evidens est, quod anno 1440. ea pars ordinum, quae Wladislaum I. Jagellonis filium, ad regnum Hungariae regendum vocabat, idem ius serio adurserit (z). Fecit idem Matthias rex (a); nec doceri potest, seu regem, seu ordines regni apostolici, iuribus his vñquam renunciasse. Tuebantur illa, quantum inter tot, tantasque procellas bellorum, quibus miserandum in modum, per plura saecula, Hungaria exagitabatur, & fere prostrata est, licuit. Probant id vexilla decem, quae regibus Hungariae, dum diadema sacrum, eorum capitibus imponitur, praeferri solent, in quibus

(y) Evidentia haec sunt ex Dlugossi Lib. XI. pag. 317. seq. diplomaticis, quae Matthias Dogiel codici suo diplomatico regni Poloniae P. I. p. 142. seq. inseruit, & aliis, in praevia explicatione iurium Hungariae in Russiam minorem & Podoliam inter documenta num. VII. sequent. prostantibus.

(z) Quod patet ex litteris, quas Wladislaus hic, legatis Hungaricis Cracouiae tradiderat, insertis documentis, praeviae explicationi iurium Hungariae in Russiam minorem &c. num. X. pag. 18. adnexit.

(a) Non diffitetur id Dlugossius Lib. XIII. pag. 535.

bus etiam Galliciae, & Lodomeriae insignia depicta deprehenduntur (b), numini, in memoriam coronationis regum apud Hungaros prouisi (c), cura, & sollicitudo, in quam, purpurati regis, & reipublicae Polonorum, coniecti sunt, dum legatus Leopoldi imperatoris Lib. B. de Stom de 13. oppidis titulo pignoris anno 1412. Polonis traditis redimendis, agere voluisset (d). Adfulsit dein anno 1772.

F 2

au-

(b) Anno 1608. dum Mathias II. coronaretur, Galliciae, Stephanus Palfy, Lodomeriae Georg. Zichi, vexilla praeferebant. Factum idem est anno 1618. 1625. 1655. 1687. 1712. & 1741. dum augusta regina MARIA THERESIA coronaretur, quod ex Jo. Jeſſen, Petro de Reua, Carolo Caraffa, Franc. Wagner, & Schwandtneri scriptor. rerum Hungar. T. II. ostendi potest.

(c) Distribuebantur numini aerei & argentei, die, qua coronabantur reges nostri, decem insignia, decem regnum, quae ad Hungariam, a Stephani V. regis aetate pertinebant, exhibentes, inter quae etiam Galliciae, & Lodomeriae regnum insignia litteris G. & L. notata, prostant. Carol, Palma Abhandlung von Titeln und Wappen, welche Maria Theresia als apostolische Königin von Ungarn führet, &c. pag. 11. und Wiener Anzeigen im IV. Jahrgang das XLVII. Stück, p. 377. V. Jahrgang in ersten Stück.

(d) „ Solliciti erant Poloni, ne Leopoldus, receperit 13. oppidis, etiam ad Russiae ducatum, cum Podolia posset habere praetensionem, numeratis 100000. Flor. ut est in pactis inter Ludouicum Hungariae & Casimirum III. Poloniae reges apud Andr. Zalusky in epistola hist. familiarum Tom. I. pag. 469. seq.

auspicatum illud tempus, quo Galicia & Lodomeria, ea ratione, qua, in potestatem Polonorum & Lithuanorum, deuenerat, ad obsequia regis apostolici redierat. Maria I. apud Hungaros regnante, regna haec, nec armis, nec pactis, sed fraude Hungaris surripi cooperant, Mariae II. prouidentia admiranda, ac foederibus, ad obsequium eius reducta sunt. Nulla vis, nulla proelia sunt adhibita, quia iura regis apostolici euidentia, praefidia ab his petere non habebant necessum. Regebant olim reges Hungariae, regna Galiciae & Lodomeriae, interdum per reges, aliquando per principes, sanguine, aut adfinitate, sibi iunctos, nonnunquam per capitaneos, seu Waivodas. (dd)

S. 7.

Dividitur vniuersa regio, in Galliciam seu Haliciam, & Lodomeriam, regna: illud septem, hoc quinque circulos complectitur, duos item ducatus, Zator scilicet, & Oszwieczim, quorum ille tres, hic quatuor habet circulos. (e)

Quod

(dd) Reges duo fuerant, principes aliquot fiduciarii quale fuere Daniel, Ratislaus, Leo, Romanus, Russici principes, & unus Polonus, dux Bouslaus (Boleslaus) Cracouiae & Lodomeriae dux, quod probatur ex tabulis foederis inter Stephatum V. regem Hungariae, & Ottocarum Bohemum anno 1271. procurati, quas Odoric. Rainaldus annalibus ecclesiast. ad annum 1276. p. 186. inferuit.

(e) Anno 1776. vtrumque regnum, in IV. Circulos, 18. districtus diuisum fuit.

S. 3.

Quod itaque ad ducatus primo loco adtinet, ut iam praedixi, est:

I. DVCATVS OSVIETZIM (Oswicensis)
i. e. Oswiecimiskie Knieftwo, das Herzogthum Oszywietzim: seu Auschwickz, peculium quondam Bohemiae (f) Silesiae confinis (g); in quo

F 3.

I.)

(f) Ducatus hic complectebatur interdum etiam ducatus Zator, & Toschec, aliquando vero posteriores duo opponabantur priori. Anno 1179. totum hunc ducatum Miecislaus dux superioris Silesiae confequebatur, eundemque cum Teschinensi ducatu suo iungebat. Anno 1327. Joannes dux in clientelam regis & regni Bohemiae concedebat, quo anno idem rex, Casimiro III. patruo eius, Teschinensi duci concedebat potestatem, in toto hoc ducatu succendi, si quidem nepos eius, Joannes, & eius posteri sine liberis legitimis decederent. Litterae id euincentes prostant apud *Frider. Wilhelm. Sommersberg in scriptoribus rerum Silesiacarum T. I. p. 804.* Mortuo deum Joanne II. ultimo ex posteris Joannis I. duce, vterque ducatus, ad regem & regnum Bohemiae, redire debuisset, Poloni tamen, vi foederum, quae cum duce hoc, in fraudem regis, & regni Bohemiae iniuerant; vtrumque ducatum occupauerant, regique Bohemiae, illum, iustis ex causis repetenti, reddere recusabant, quod, in *præterea explicatione iurium Bohemiae in Oswicersem & Zatoriensem ducatus ex publicis tabulis & documentis, breuiter ostenditur.*

(g) Olim ad Silesiam spectabat. Poloni eundem non prius, quam anno 1564, civitate Polonica dominabant

- 1.) *Oswiecima*, *Oswieczim*, *Auschwicz*, vrb̄s ducatus nobilissima, septem lapidibus a Cracovia, Silesiam versus remota (Vicina est anni Sola in Vistulam defluenti, praebebatque sedem castellano, & starostae, olim vero ducibus etiam domesticis in arce degentibus. (b))
- 2.) *Kantum*, *Kant*, & *Zivietz* (i) oppida hoc tractu minus obscura. (His adhuc subiecti possunt :
- 3.) *Biala*, oppidum versus Teschinensem ducatum reiectum, quod, ab opposito Bilicz, solus annis, *Biala* dictus, separat. (k)
- 4.) *Slonicza*, quod procul dubio, a monte Sola, quod salem Polonice denotat, nomen fortitum est. (l))

II.

nabant, & in Waiwodatus, castellaniasque distribuebant. Relicti sunt tamen incolae, penes leges & iura, quae, a rege Bohemiae, & ducibus suis acceperant.

(b) Anno 1457. Poloni eam, cum oppidis aliis & vicis, ad ducatum Osvicensem spectantibus, occuparunt.

(i) Reiectum ad Carpatum, quod, quaestus causa, Hungari, atque Silesii solent addire.

(k) Incolae plurimi, vti vicinis etiam aliquot in pagis, sacra euangelica profitentur.

(l) Salem habere, & falsos gurgites, oppidum hoc emittere, *Dlugossus iam historiae Polonicae Lib. I. pag. 34.* notauit. In vicinis Carpati iugis, vario nomine insigniti adhuc montes deprehenduntur, inter quos noti sunt, *Zarnowka*, *Ossobita*, *Sucha*, *Sadl-*

II. DVCATVS ZATORIENSIS, das Herzogthum Zator, pars quondam Silesiae (m).
Vbi

- 1.) *Zator*, *Zatoria*, vrbs pulchra ad Scananam ducatus princeps (n).
- 2.) *Lipowiec*, Lipowiec oppidum colli impositum ad Vistulam.
- 3.) *Bobrek*, priori vicinum oppidum.
- 4.) Olim quoque prostabant ibidem oppida, *Lant*, (Land), *Zipsa*, *Wadowicz* & *Sipnowicz* (o).

F 4

5.)

Sadnik, *Iawornik*, sed in primis *Baba*, altissimus Solae amni, mons imminens, vari generis herbas germinans. *Dlugoss. l. cit. pag. 34.* Mons hic, ad Aruensem comitatum est retrusus, ad quem, de metis & territorio, olim, inter prouinciales, & Aruenses, iurgia multa, caedibus, nonnunquam foedata, exoriebantur. Pagi, seu vici, qui in hoc ducatu saec. XV. prostabant, cognosci possunt, ex litteris, apud *Sommersberg in scriptor. rerum Silesiarum T. I. pag. 808.*

(m) Premislaus dux Zatoriensis fratrem vnum habuit Wenceslaum, Toschecensem; alterum vero Joanneum II. Oswicensem duces. Piores duo prole mascula destituebantur, propterea, mortuis illis, portiones eorum, ad ducem Oswicensem iterum redierunt. Genealogiam eorum exhibit *Sommersberg in scriptor. rerum Silesiac. T. II. p. 670. sep.*

(n) Olim castrum quoque habuit sede ducum nobile, Cracouia 5. milliaribus tantum distans. Comitia prouincialia hic etiam celerabantur.

(o) Exponuntur in litteris 1327. confectis, apud *Sommersberg l. cit. pag. 807.*

5.) *Toschecz.* Toschek castrum, quod domicilium praebebat tertiae lineae ducum O-sweicensium (p)

§. 9.

Porro, quod Galliciae & Lodomeriae regna concernit, adnumerantur eis hodieque:

I. PROVINCIA CRACOVIENSIS (pp)
Sandomiriensi, (& exigua parte Lublinensi) copulata. In qua

1.) *Tiniec*, Tiniecum, oppidum, abbatia Benedictini ordinis praediuite, inclutum, ad quam vtpote quinque oppida, vicique centrum, pertinent. Coenobium est a Casimiro I. anno 1046. positum. (q)

2.)

(p) In primis Wenceslao duci, de quo Sommersberg. l. cit. p. 670.

(pp) Ex Cracoviensi palatinatu anno 1772. tres districtus, ad Galliciae regnum sunt applicati; vide licet: Schzyrzesciensis, ducatui Osvicensi vicinus, Sandeciensis, illum adtingens, & Biecziensis, Carpatum, & Sarosienses respiciens.

(q) Abbas huias huicdum, semper inter Cracovienses canonicos locum habebat. *Croner bistor. Polon. lib. IV. pag. 77.* primos monachos Cluniaco illuc deductos esse scribit. *His, inquit, Tineciam arcem uno Cracovia millario supra Vistulam, cum 100. amplius pagis attribuit, domicilio monachis exstruxit, atque templa, tamque per ampla supellestili ad cultum diuinum apta ornauit.* Fuit autem primus abbas Tinencensis Aron Gallus &c. Mieleczky Polonus Bibli-

2.) *Wielicka*, *Vielika*, vrbis exilis, salis fodinis tamen multo celeberrima, haud procul Cracouia in valle sita, (r) eo potissimum admirabilis, quod subtus in antris, plures, quam intra muros, soueat colonos, nauiter labori ingementes. Videris hic aras quoque subterraneas, & multa alia, quae, si breuiter dicerentur, fidem superatura videri possent.

F 5

3.)

bliothecam suam, in primis tamen mathematicos libros, & instrumenta illi donauit.

(r) Vno tantum miliario Craeouia secedit. Non solum vero tota ciuitas caueris fornicatis quasi incubat, sed eadem, ultra ciuitatem, adhuc latius protenduntur, & ab ortu quidem, versus occasum, 200 & aliquot orgias. Salis vero natiui integri montes ibi deprehenduntur, ex quibus, sal, instrumentis decutitur, & in varia frusta malora, variis formis praedita, conuertitur. Aliquis in locis, arae, capellae, & seruatoris ex cruce pendentis simulacrum ex sale, sunt erecta. Ipsa vero antra, in varias partes, seu, vt loquuntur, cameras dividuntur, quarum quaevis magnitudine ad maximam basilicam accedit. Columnas quoque ex sale adaptatas inuenies, quibus integra moles superficie incubat. E qui illuc deducti, quorum opera salem, &, alia, ex una parte cauerne, in alias deuehunt, amplius inde non exirent, ibique pabulum, & quae praeterea necessaria sunt, stabulaque, habent. Ex hominibus quoque 700. fere sunt, qui ad salem caendum, dolis imponendum, ad usus adaptandum, in-

de-

3.) *Bochnien*, Bochnia, salis fodinis, amplius centum orgias altis, celebrata, haud procul a Vieliczka (s).

4.) *Sandecz*, Sandecum, vrbs districtus prima, maria,

deque euehendum, applicantur. Educuntur inde quotannis facile 600000. centenarii. Variat vero sal hic, & praestantissimus crystalinam speciem praeserens, sal geminae ab incolis vocatur. Anno 1644. & 1696. incuria operariorum incendium oborum, ingentem stragem ediderat. Detectae sunt fodinae hæ salis, circa annum 1252. & paullo ante illas Bochnieses. *Cromerus initio libri IX. p. 22.* Anno Christi 1. 52. salis metalla, apud Bochnam, pagum, quod iam oppidum est, quinto a Cracouia miliario, inuenta sunt. Vnde uberes principi redditus acceſſere.

(s) Paullo ante detectas salis fodinas, vicus vilis fuerat. Circundatur vndique montibus & collibus, ha et quoque vicinum annem Raab, in Vistulam se exonerantem. Sal hic praestantior adhuc est, quam Vielikenis, qui, in partes minores sectus, & in dolia coniectus, inde euehi solet. Occupantur vero in antris & cauernis his, 300. homines quotidie. Alabastrum quoque hic deprehendunt. Iam anno 1477. metuebant Poloni, ne, haec ora, in Matthiae Coruini regis, potestate deueniret. *Cromer. lib. 28. pag. 266.* Antiquo tempore, vici vi comitatus Hungariae, sale Polonico vtebantur, qui in comitatum Scepusiensem deuehebatur, & Podolini deponebatur, vnde iterum cupri venditi vis magna in Poloniam adferebatur.

maria, in nouam, & veterem, diuisa, abbatia Praemonstratensi memoranda. (t)

5.) *Diecz*, Dieca, ad Ropam amnem, moenibus cincta, cultu nobilis.

6.) *Pilzno* & *Debica*, oppida haud ignobilia. Sequentia addi possunt:

7.)

(t) Sandecum duplex est, aliud nouum, vetus aliud, quorum prius, a Wenceslao rege Bohemiae & Poloniae, in limite regni, versus Hungariam fundatum. *Dlugoss. lib. IX. pag. 902.* Erexit autem anno eodem (1303.) Wenceslaus Poloniae & Bohemiae rex, ciuitatem nouam, Sandecz, in confiniis Hungariae sitam. Situ enim loci, dum in Poloniae regno ageret, contemplato, quod editiorem colleri sortitus, duobus etiam fluminibus, paruo videlicet Danubio (*Dunaiecz*) & Biala, in utrumque latus cingeretur, ad constituerandam futuram ciuitatem, aptissimus videretur. Ex quibus verbis patet, initio saec. XIV. Hungariam, ad Sandecum usque protensam fuisse. Iagello, Sandecii hospitale S. Spiritus fundavit, ordini Praemonstratensium collatum, cum dote simul, in villa Dobrowka assignata. *Dlugoss. lib. XI. pag. 215.* Vetus Sandecum, iam antea florebat, & b. Cunegundae filiae Belae IV. regis Hungariae, viduae Boleslai Pudici, Jolanthae forori eius, & multis illustribus feminis, sedem praebebat. Recepérat se b. Cunegunda, mortuo marito, in claustrum virginis d. Clarae, quod Sandecii habebatur. Distat idem Sandecum, Cracovia, undecim milliaribus. Abundat ora haec, plaga alias & amoena, frumento, & fructibus variis generis.

- 7.) *Neoforum* (Nowi Targ) caput dynastiae, inter Aruensem, atque Scepusiensem comitatus quaerendae. (u)
- 8.) *Szyczec*, (Sczerzyc), a quo districtus cognominis denominatur, habet abbatiam Cisterciensem.
- 9.) *Landscron*, (Landkrona) oppidum, cum arce communita, in edito colle, quae numero bello, Russis aliquamdiu restitut.
- 10.) *Kalwaria*, mons *Kaluariae*, duo oppida in duobus monticulis, sibi obiecta, ad quae sacrae peregrinationes instituuntur.
- 11.) *Czkow*, vel *Czeckow*, oppidum districtus praecipuum, in quo iudicia districtus huius & Sandecensis habebantur.
- 12.) *Woynicz*, Woynisch, oppidum Dunajecz amni vicinum, 9. milliaribus Cracouia reiectum.
- 13.) *Biecz*, (Biesch) muris cincta urbicula ad amnem Ropą, districtus cognominis caput,

(u) Erat princeps locus capitaneatus, seu statostiae, quae iam ad fiscum regium rediit. Eruitur hic, & vicinis in locis, ferrum, quod praestantia Scepusiense aemulatur. Olim, ad Hungariam pertinebat, siquidem, testantibus antiquis diplomaticis, Aruensis comitatus, Scepusiensem adtingebat, quod dici non posset, si, plaga haec, ad Polonos perrinuisset.

put, quod castellano, & capitaneo, seu starostae, sedem praebebat.

14.) *Piwnicza* oppidum.

15.) *Dukla*, versus Carpatum, ad comitem Mnischek pertinens.

16. *Radvan*, vicus tenuis, a quo familia Radvanskiana denominatur, cuius unus ramus est in Polonia, alter in Hungaria, ab eo dynasta propagatus, qui Boleslaus II. ducem Polonorum, audacem vocatum, a suis pulsum, in Hungarianam comitabatur. (x)

17.) *Castrum Muschina*, cum dynastia, quae nomen ab eodem mutauit. (y)

18.) *Schorstein*, (Czorstein) arx, in qua, Polonis aes numeraturum se promiserat Sigismundus, si 13. oppida, Polonis oppignorata, redimenda forent (yy). Neque prætereundus est.

19.)

(x) Videri potest Okoljzky in orbe Polonico ad vocem *Radvan*.

(y) Olim ad Sarosiensem comitatum pertinebat, Hungarosque dynastas habebat, ante aliquot saecula, ad Cracouensem episcopum peruenit. Anno 1474. Matthias I. rex Hungariae, castrum hoc, deditione repererat. *Dlugoss. Lib XIII. pag. 507.*

(yy) Est e regione castri Dunajecz, & fluvio Dunajecz, quem Polonici scriptores Danubium paruum vocant, ab eo dirimitur. *Martb. Betius in prodromo hist. Hungar. pag. 104.*

- 19.) *Mons Bieszkiid*, qui olim Poloniā, ab Hungaria, secernebat. Inter eundem vero, & Carpatum, vallis est amoena, loca complura plana numerans. (z)
- 20.) *Pilsno* (Pilzno) vrbecula, a qua tractus Pilsnensis denominatur, qui olim ad Sandomiriensem palatinatum pertinebat.
- 21.) *Rzeszow* (Rzeschow) ad Premisliensem regionem, reiecta vrbs.
- 22.) *Wielopole*, a quo Wielopolisziana familia denominari creditur.

Notari quoque potest, olim partem Lublinensis palatinatus, ad Russiam rubram, seu Galiciae regnum, pertinuisse. (a)

II.

(z) Dlugoff, Lib. I. pag. 35. *Bieszczad mons*, prope castrum Sobiene, terras Polonicas, a Pannonicis distaminans. In illius enim vertice, situatus est lapis Ruthenicis inscriptus litteris, &, a Leone quondam, duce Russiae, locatus, limites regnum Potoniae & Hungariae demonstrans &c.

(a) Adfirmat id auctor der kritisch geographischen Untersuchungen über Roth Rusland in Joh Georg Meusels Geschichtsrecher III. Theil, p. 3. Propterea, Romanus princeps Russorum, anno 1205. Lublinum repetebat, apud continuatorum annalium Russicorum Nestorii pag. 166. & Dlugoff. Lib. VII. pag 698. scribit, Danielum ducem Ruthenorum, castrum, & ciuitatem Lublinensem, anno 1244. expugnasse, & totam terram Lublinensem sibi appropriaesse.

II. RVSSIA RVBRA (b) POCVTIAque
(c) olim in palatinatum Belzensem, & Leo-
polien-

(b) Multiplex scilicet Russia olim deprehendetur, rubra, nigra, alba, parua, magna, superior, inferior, Hungarica, Polonica, Lithuanica &c. Rubra vero Ruslia, de qua hic agitur, vndenam acceperit denominationem, incertum est. Aliqui existimant, ab insecto celebri, quod Polonis Czervecz, latinis vermis vocatur, de quo in der kritisich geographischen Untersuchung über Roth Russland bey Meusel l. cit. in III. Theil, p. 13. Iam Nestoris continuator, aliae Russiae, in annalibus ad annum 1183. pag. 247. meminit. Ceterum, quam praestans sit Ruslia rubra, ex sequenti descriptione Matthiae Miechovsky in descriptione Sarmatarum p. 204. occurrente, patet: abundat melle, & medone, potu ex melle facto. Adducitur & vinum, ex Pannonia, & vinum, ex Moldauia, atque Valachia, abundat equis, bobus, & ouium gregibus, abundat cera in maxima copia, abundat fluminibus, quibus irrigatur, & aquis pisculentis, ita, ut, ubi aqua inuenitur, & pisces in ipsa reperiantur: non impiscantur stagna & piscinae Russorum, sed ubicunque aquas reperiuntur, illic & pisces de rore coeli, vt aiunt, demittuntur, absque hominum cura & impiscatione. Abundat tota Russia granis tintororum, quae copiosissime excrescent, & quum priscis temporibus ad Genuum & Florentiam urbes Italicas importarentur, nunc vix aliquid de iisdem colligitur. Ec.

(c) Ad quam tractus Syatin, vsque fere ad Chocziem, Turicum munimentum procurrentes, etiam erit referendus. In hac Pocutia, prostrabat olim castrum Spusse, quod, cum districtu, ad illud spestan-

polensem, seu Russiae rubrae, diuisa. (d) Inueniuntur hic vrbes ceteris nobiliores.

1.) *Lemberg Iwów, Leopolis, vrbs regionis anno 1772. occupatae princeps, praetoris, (seu praefecti vtriusque, ciuilis & bellici) archiepiscopi Romano-Catholici, Graeci & Armenii episcopi, gymnasii academici, (vniuersitatis) collegii celericorum regularium, Theatinorum, atque nobilium sede, arcibus praeterea duabus, insignis in medic.* (e)

Etante, Boleslaus III. monarcha Polonorum, Colomanno regi Hungarorum, initio saeculi XII. cessebat. *Boguphalus II. episcopus Posnaniensis in chron. Polon. apud Sommersberg in scriptoribus rerum Silesiarum, T. V. pag. 36.* Iste Boleslaus (III. monarcha filiam suam, de Ruthena genitam, Colomanno regis Hungarorum filio, matrimonialiter copulauit. Qui, nomine dotis, castellaniam de Spissz (Spusze,) quoad viueret, possidendam assignauit. Quem Colomannum, una cum rege Hungarorum, Haliciensibus, in regem praefecerunt, ipsum coronari facientes. Cuius coronationem rex Boleslaus, prout erat credulus, per regem dolose circumuentus, castellaniam de Spissz (Spusze in Pocutia) & loco eiusdem, castellaniam Przemisliensem, nomine dotalitii filiae suae recepit.

(d) Scilicet Ruslia rubra, mox in ampliori sumitur significatu, mox in restrictioni. Ibi Russiam, Podoliam, atque Wolhyniam complectitur, & alias Russia Hungarica, seu Galiciae & Lodomiriae regnum vocatur: hic vero Wolhyniae & Podoliae opponitur.

(e) Praeterfluit urbem hanc annis Peltew, & circumdant monticuli complures. Vterque episcopus, sedem hic habens, est viitus. Tempa & monasteria habet magnifica, inter quae, facile prius tenet Dominicanorum claustrum. Archiepiscopa-

2.) *Iaroslaw, Iaroslauia (f) nundinis & mercatu celebrata, ad laeuam.*

tus hic circa annum 1361. fundatus esse perhibetur, quem Ludouicus I. rex Hungariae, anno 1371. Galliciam transtulerat, anno tamen 1416. iterum vrbi huic est restitutus. Archiepiscopus hodiernus vocatur WENCESLAVS HIERONYMVS de BO-GVSLAVICE comes SIERAKOVSZKY, insignis ordinis S. Stephani regis apostolici magnae crucis eques. Vrbs ipsa, a Russis, bis, a Turcis, semel, a Carolo XII. rege Sveciae, etiam est expugnata, alias in vrbe palatia etiam complura deprehenduntur, & ingens hominum multitudo, florent & commercia, augustaeque prouidentia & clementia, proxima in maiorem adhuc florem ponentur. Ea de causa, publicae viae reparantur, & currus publicus regius, Vienna, huc aduenire, eoque iterum redire solet. Vicina ora, piscibus, & aliis beneficiis, abundat. *Matthias Mieczbowski in descrip-*
tione Sarmatarum pag. 204. Sunt in tractu Leopoli-
ensi, lucii magni, & laudabiles, & in partes, tanquam
laminas, diuisibiles. Dlugoffi aetate, ciuitas haec,
tertia Polonorum metropolis dicitur fuisse, Lib. I.
pag. 40. Fundauerat vero eandem Leo princeps
Russorum. Antiquo tempore, prope Leopolim, vi-
neas prostitisse auctor der kritis-h-geographischen Unter-
suchungen über Russland in Johann Georg Meusels Ge-
schichtsforscher in III. Theil pag. 12. probat, ex ali-
quot auctioribus, in primis ex Seyfrido in poliologia,
vnde sequentia ad fert: archium quoque ciuitatis pree-
fature testabatur, in montibus, collibus, exstitisse vine-
as, ex quibus antiqui Russiae duces centena aliquot do-
liorum (dolia) vini decimando perceperant. Rzaczinsky
histor. natur. regni Polonici (Sandomiriae 1721. in 4.)
pag. 68

(f) In provincia Premislatiensi ad amnum Sanum.

- 3.) *Zamoscie*, Zamoscia, vrbs nomen conditoris praeferenſ, & caſteſlo ornata, & academia (g).
- 4.) *Rubischow*, Rubifſovia, oppidum haud ignobile in ora ſuperiore. (b)
- 5.) *Belz*, Belcium, vrbs ampla, quae arce loco paludosofa ſita, defenditur. (i)
- 6.) *Rava*, Rawa, oppidum familiari congreſſu, Auguſti I. cum Petro M. qui anno 1698. euen-
-

(g) Eſt in limite regni Galliciae, verſus Wolhyniam. Refertur inter munimenta regni Galliciae, fundata a celebri illo Johanne Samoſcio, Bathoriorum adſine, & regni Poloniae cancellario celeberrimo, cuius ſumma erat auctoritas, non ſolum, apud Polonos, ſed Transiluanos etiam, Svecos, & alios. Habet quoque complura templa, & inſignia priuilegia, quae Zamoficii procurauerant. Ab ea quoque, ampliſſima dynaſtia denominatur, in qua, vnuſ non niſi ex gente Zamoficiana ſuccedit, quaē, a Polonis propterea ordinatio, ab Hungaris, maioraſus, vocatur. Spectant vero ad eandem 12. ciuitates, & oppida, atque 30. pagi. Anno 1656. Carolus Guſtauus rex Sueciae fruſtra eandem oppugnabat. Saſones vero anno 1517. longe feliciores fuerant, eamque, ad deditioñem compulerant.

(b) Eſt etiam limitanea vrbs verſus Wolhyniam.

(i) Eſt in terra, ſeu prouincia Belzenſi, prima, arceſi paludibus circumdataſ habens.

euenit, & pace, Saxones inter, & foederatos Polonos, anno 1716. facta, in primis clarum. (k)

- 7.) *Buk & Olesko*, oppida duo ad Bugum imposita.
- 8.) *Zborow, Sborouia*, vrbs clade Tartarorum, & pace anno 1649. cum iisdem inita, memorabilis. (l)
- 9.) *Snyatin, Sniatinia*, ad fines Moldauiae procedit. (m)
- 10.) *Halics, Halicia, Galicia*, ad Tyram, re-

G 2

gni

(k) Est in Belzensi prouincia.

(l) Ex parte Tartarorum, post praeium initum, 10000. milites desiderabantur. Celebris fuit, saeculis superioribus, apud Polonos, familia Zborowiana.

(m) Ad flumen Prutum hanc per oram, in Moldauiam deproperantein. Anno 1768. Poloni foederati, ciuitatem hanc, diripuerant, & flamas ei subiecerant. Nunc, communitur, & omnibus, quae ad defendendam illam, necessaria sunt, instruitur. Viae quoque hic lapidibus stratae sunt, vt, ex Transilvania, commercia, eo commodius institui, rectaque illuc transire possint. Hic praeterea vicina est silua, in tota hac regione maxima, quam Poloni, Bukowina, prouinciales vero Dumbreville Roschii vocant, de qua Demetrius Kantemir in Beschreibung der Moldau, in Anton Friederich Bösching Magazin für die neue Historie und Geographie III. Theil, p. 569. Cromer in Historia Polonica Lib. XXX. pag. 648. seq.

gni cognominis vrbs primaria, vetere, quam
hodierno aeuo, clarior. (n)

11.) *Kolomya*, Colomia, haud procul à fonti-
bus Pruthi constituta, salinarum diues est. (o)

12.) *Zidaczewv*, Sidacouia, infra paludem, ex
qua Tyras manat. (p)

13.)

(n) Poloni, regnum Galiciae, more suo, in pa-
latinatus diuferant, inter quos, illum, in quo vrbs
Galiciae occurrit, palatinatus nomine insignierant.
Fecerant id eo fine, vt incautis persuaderent, princi-
patum, imo & regnum illud Galiciae, quod Hunga-
riae reges suum effecerant, ex sola hac prouin-
cia, enatum esse. *Dlugoffus* regnum hoc, mox re-
gnum, mox ducatum, mox terram vocat. Vrbs
vero Galiciae vetus est, & saeculo XII. iam cele-
bris. Coronati sunt, in ea, duo principes Hunga-
ri, alter quidem, quem Polonici scriptores, Colo-
manni I. regis Hungariae filium faciunt (*Boguphalus*
episcopus Posnaniensis in chronicō Polono, a-
pud *Sommersberg* in *scriptor. rerum Silesiac.* T. II.
p. 36). alter vero Colomannus, Belae IV. frater de
quo *Dlugoff.* Lib. VI. p. 604. alii. Vrbs ipsa, o-
lim bene communita erat, &, vna portarum eius
Hungaria vocabatur. *Continuator Nestoris in annali-
bus Russicis.*

(o) Sale hinc proueniente, non prouinciales so-
lum: sed multae vicinae simul prouinciae vntur.
Habebant inde reges Galiciae olim reditus notabiles.

(p) In Leopoliensi ditione, habet etiam arcem mon-
ti impositam. Olim quoque capitaneus hic degebat,
& capitaneatus ab vrbe hac denominabatur.

13.) *Sanok & Krośna*, oppida, ad radices Carpati sita, commerciis Hungarorum florent. (q)

14.) *Premisl*, *Premislia*, vrbs praecclara, arce communita, duobus episcopis, Romano scilicet, & Grajo, domicilium praebet ad Sanam. (r)

(Sequentia adhuc subnectenda videntur:

15.) *Gliniani* ciuitas, in qua, mortuo Sigismundo Augusto, ultimo ex Iagellonica gente rege Poloniae, equestris ordo, ex Russia rubra confluxerat, &, de principe eligendo, consultabat.

16.) *Wisnia* vrbecula, in qua olim comitia prouinciam Premisiensem incolentes, celebrabant.

G 3

17.)

(q) In Premislauensi prouincia, districtu vero Sanokiensi, prius ad Sanam, posterius vero ad Jasioda fluios quaerendum. Prius arcem habet colli arduo inaedificatam, posterius commerciis proficit Hungari, vina multa eo deuehunt, vnde emita, viterius subuehuntur. Habebant hic olim Jesuitae collegium.

(r) Agri illi obtigerunt fertiles, qui frumentum omnis generis proferunt, pascua quoque & alias commoditates habet. *Miechowzky in descriptione Sarmatarum pag. 204.* In terra Premisiensi, & in Drobobiz sal coctum, & in bolos ac portiones collectum, reponitur. Continuator annalium Nestoris eam pag. 209. Peremüschel vocat.

17.) Vicinum illi oppidum est, Stanislai (Stanislawow) communitum, in quo Iesuitae collegium habebant.

18.) Przeworsk vrbs collem occupauit, a qua districtus denominationem accepit.

19.) Sambor, Sambor, ciuibus cum aree, ad fluuium Tyras, in ditione, quae olim ad bona regis, mensalia vocabantur, pertinebat.

20.) Drobobycz, Drohobitsch, vrbs provinciae Galiciae, salis fodinas vberes habens.

21.) Carnoker, vicus in montibus Carpati, scaturiginibus Pruthi fluuii memorabilis.

22. Trebowla, (Trebowla) districtus cognominis prima vrbs, ad fluuium Sereth in Podoliam retrusa. (s)

23.)

(s) Continuator annalium Russicorum Nestoris pag.

191. eandem, Terebowel vocat, addisque, illi olim vicinas fuisse, Swenigrod, Ujchicza, & Mikolin. Ceterum, Fodolia ipsa, regio est fertilissima, abundans frumento, melle, pascuis, gramine; de qua Matthius Miechovszky in descriptione Sarmatarum pag.

204. sequentia scribit: Gramen quoque, & pascua, tam cito & uberrime fundit & prodit, ut perticam in tribus diebus supercrescendo contegat, & aratrum in lo-

23.) *Ianow*, vrbs ad fluuium Podorcz limitanea regni Galiciae.

24.) *Zbaras*, peraeque limitanea versus Poldiam Polonicam, ducatus cognominis olim caput. (ss)

25.) *Horodla*, seu *Horodlo*, oppidum cum arce, quae collem occupauit, ad fluuium Bug in prouincia Belzenſi. (t)

26.) *Grabovicze*, vel *Grabowiez*, ciuitas arce exornata, a qua districtus cognominis de nominatus, caputque capitaneatus.

27.) *Lubaczow*, vel *Lubaczew*, praecipua ciuitas, eodem nomine insigniti districtus, in qua sedes erat castellani.

G 4

28.)

cis graminosis derelictum, in papullo pluribus diebus graminibus sepiat & cooperiat.

(ss) Anno 1649. Tartari Polonicas copias hic circumdederant, & commeatus, pabulationemque eorum interceperant.

(t) Anno 1413. comitia hic sunt celebrata, in quibus, post longas disceptationes, Lithuania, Polonis, quoad leges & libertates in illis fundatas, exaequa ta, & arctius utraque regio coniuncta est. Tabulas publicas foederis huius inseruit *Dlugoff. hist. Polon. Lib. XI. pag. 336. seq.*

- 28.) *Busk*, oppidum 5. milliaribus Leopoli rejectum, versus ortum, capitaneatus cognominis primum.
- 29.) *Sokal*, vrbs fluuii Bug adiacens, in monte vicino arcem habens.
- 30.) *Brody*, ampla ciuitas & populosa, in qua multi etiam Iudei deprehenduntur. Commerciorum per Galliciam, Lithuania, atque Poloniā, promouendorum ergo, contulit illi Augusta Regina anno 1779. illas libertates, quibus Tergestum & Fluminensis portus gaudent.





COMPENDIOLVM
MAGNI
PRINCIPATVS TRANSILVANIAE
GEOGRAPHICVM

§. I.

TRANSILVANIA (a) Daciae veteris pars,
(b) in ortum conuersa, ab Hungaris,
propter sylvas, quibus incingitur, Erdély, a

G 5

Ger-

(a) In documentis publicis saecul. XVI. & XVII.
etiam regnum Transilvaniae vocatur, temporibus Si-
gismundi Bathory principatus titulos, a regibus & or-
dinibus regni Hungariae, acceperat, anno vero 1765.
MARIA THERESIA magni principatus honores illi
contulit. Legi potest Laurentius Toppeltinus in ori-
ginibus & occasibus Transilvaniae Cap. I. ac Joseph.
Benkó in Transilvania, sive magno Transilvaniae prin-
cipatu T. I. Lib. I. Cap. I. §. 4. 5.

(b) Pars haec Daciae erat praestantissima. Con-
verterant, eandem, saeculo II. post natum Christum
Traia-

Germanis, ob septem castra, quibus olim excellebat, Siebenbürgen, Slavis Sedmohradsta ſem, quia vero sub primis Hungariae regibus ad Hungariam spectabat (c), & filuis, a reliqua parte regni, separabatur, propterea *Ultrasiluania*, *Siluania* cognominatur.

§. 2.

Clauditur boream versus, Hungarorum, & Moldauorum collimitio. Quam, Moldauia in ortu; Valachia, cum tractu Temeſiensi, in meridie; Tranſibiscana vero Hungariae regio, in occafu, finibus suis contingunt. (d)

§. 3.

Traianus, & Hadrianus, imperatores, in Romanam provinciam, faeculo tertio tamen variis populi, in primis Germanici, eandem percurſabant. Goths, Gepidae, Hunni, Auares, & alii populi, eandem deinceps occupauerant, vergente vero faeculo IX. ad occasum, Hungari eo fe intulerant, in quorum potestate demum mansit.

(c) Ante primos reges iam pars erat regni Hungariae. Tubutum, qui eandem regebat, Arpadus Hungarorum ſuberat, quod, ex *anonymi Belae regis natur.* Cap. 24. 25. & aliunde, facile doceri potest.

(d) Ita limites hos designat etiam Georg. a Reichenbachersdorff in *chorographia Transiluaniae apud Schwandtner.* in scriptor rerum Hungaric. T. I. pag. 785. Ioannes Sigismundus, filius Ioannis Zapolyi, Stephanus Bathory, &, qui poſtea principes erant Transiluaniae, aliquot vicinos comitatus Hungariae, cum Transiluania copulauerant, qui necdum ex integro ab illa separati ſunt. Conſtat vero in vulgus illos esse

§. 3.

Fluuios ea , in Danubium , atque Tibiscum ,
hoc emittit ordine :

- 1.) *Samosius* , Szamos , in Bisztricensi & Maramarosiensi collimitio ortus , accepto apud Desium , Samosio minore , in Hungariam deuehitur. (e)
- 2.) *Marusius* , Meriscus , Maros , (Miresch) cuius iam Herodotus meminit , ex aquilonaribus Siculorum alpibus , in medium regiom

nem

esse sequentes : Zarandiensem , Kövár , Krasznensem , & mediocrem Zólnok , qui in compendio Hungariae geographicco descripti sunt. De antiquis terminis Transiluaniae agit Toppeltin. in origin. & occas. Transiluaniae c. 2.

(e) De quo Georgius a Reichersdorff in chorographia Transiluaniae pag. 796. Zamosus , inquit , fluuius Dacie , non procul a Chryso fluuiio , in iugis Dacicis ad Moldauiam vergentibus , in primis orientem versus effluit ; (intelligendum hoc est , de Samosio maiore) tandem arcem Gyula (Albam Iuliam) episcopalem praeterfluens , (hic errauit auctor , non Samosius , sed Marusius Albam praeterfluit) : tendit ad austrum , & ciuitatis Kolosuarie pomeria radit . (videlicet Samosius minor.) Inde , ad solis ortum vertitur , angusto alveo , & sinuoso , nauigabilis , quo sal regius oneratis nauibus euehitur . Vulgus eum fluuium appellat Zamos , non longe a Bisztricio territorio , per vallem emissus , abducitur in Hungariam , Tibisco amine (in Szabolcsensi comitatu) praecipitandus . Praecipitat in Tibiscum ad vicum Apátio Anno 1770 promovendae nauigationis ergo ex Augustae mandato purgari debebat .

nein cadit, auctusque *Aranyosio* & *Kochelio*, amnibus, inter occidentem & meridiem in Hungariam exit. (f)

3.) *Aluta*, *Olta*, ex radicibus montis Carpatis, aequa in septentrionali Siculorum regione ortus, per orientalem, ac meridionalem regionis tractum in Valachiam denoluitur. (g)
(Addi potest

4.) *Albus Chrysius*, *Fejer körös*, seu auratus, ex Transiluania elabeus (h).)

S. 4.

(f) Idem Reichersdorff. l. cit. p. 796. *Marisius*, seu *Marifus*, *Daciae*, vel, si maius, *Transiluaniae aurifer fluuius*, ex alpibus *Transiluaniae* *Moldauium* contingentibus, profluens, a *Ciculis* (*Siculis*) in *Daciam*, inde in *Tyssiam* (apud Szegedinum) descendit. Idem p. 797. eundem celeberrimum, Benkö vera l. cit. §. 28. p. 62. 63. primarium & utilissimum *Transiluaniae* fluuium esse scribit. Secundo hoc fluuiio ligna varii generis, salque, & Tordensibus puteis haustus confectusque per *Transiluaniam*, in Hungariam promouetur, & sal quoque in Servia venditur.

(g) Videtur esse is, quem *Constantin. Porphyrogenita* imperator, de administrando imperio, per errorem *Turem* vocat. Reichersdorff. loc. cit. *Alutus amnis*, inter reliqua *istius regni* flumina, non est incebris, qui, in montanis *Ciculorum* (*Siculorum*) radicibus ortus, ubi primum *Transiluaniam* adtingit, & Barcenjem terram, a *Ciculorum* metis dirimit, inde Cibini-um versus decurrens, prope rubeam turrim, in perangustias, & perabruptas valles, in transalpinam fertur, ubi cum auriferum esse perhibent, baud longe supra *Nicopolim* *Istro* miscetur.

(h) Idem Reichersdorff. pag. 793. abundant fluuius

§. 4.

Quod ad naturalem Transilvaniae statum adtinet :

- 1.) *Regio inter 45. & 48. latitudinis gradum montibus perpetuis in modum coronae, vnde circumsepta, benignam habet, cum soli, tum coeli indelem. Obiectae namque ex omni latere, Carpati radices, aërem redunt temperatum, & aquam salubrem, nativa vero soli pinguis felicitas agrum ex omni parte foecundum, opumque diutinem.* (i)
- 2.) *Ager Transilvaniae, nunc montibus, atque saltibus, nunc siluis, locisque campestribus distinctus, & praeterea, fontium scaturiginibus, amnibusque innumeris, irrigatus,*

nobilissimus piscibus, qui, ex eo, ut appareat, nomem accepit, quod, & auro abundet, quod a Graecis Χειρος appellatur. Albus & niger Christius, infra Varadinum cum celeri Chrysio commiscentur ad Csongradum in Tibiscum immerguntur. De quo & aliis Transilvaniae fluuiis Benkö l. cit. p. 66. 67. seq.

(i) Reichersdorff. l. cit. p. 797. *Est haec nobilissima, & opulentissima regio, & prouincia pluribus aucta nationibus, & incolis, omniumque rerum, quae ad humanum spectant usum, referiissima, auro, & argento, saluumque fodinis, ex quibus quotannis ingens thesaurus hauitur, cum viniferis montibus, & iumentorum, pecorum, ingenti multitudine, vndiquaque referta. Regio, Transilvania, quod trans Silvas sita est, appellata, multorum cognitione, & perlustratione, meoque iudicio, latitudine. & longitudine, ad vi-*

ginti & quinque millaria extensa.

tus, omne id, quod natura hominibus ad vietum, & amictum concessit, ex aequo, cum Hungaria, possidere videtur.

- 3.) *Montes Transiluaniae*, qui Carpati propagines sunt, longo, latoque tractu, ab aquiloni, in meridiem, per utrumque occidentis & orientis latus, procurrunt, exeuntque in mediterraneis, partim in vitiferos, partim in metallicos colles.
- 4.) *Colles vitiferi*, passim, in australi regione laeti, generosique vini feraces sunt, ut loca oppido Enyed, & Albae Iuliae, nunc Carolinae dictae, interiacentia, mutuata a regione Tokaiensi nomenclatione, Hungarico idiomate, Hegyallja, a Transiluanis, vocentur, in nonnullis tamen aliis, versus septentrionem vergentibus locis, propter boreae austoritatem, plerumque minus excoctum, colono fundunt.
- 5.) *Colles prouentu fossilium multo sunt foecundiores*. Ex quibus Rudnenses, Siculici, Albenses, Abrugbanienses, Hunyadenses, Toroczkoënses, aliquie, metallum & mineralia; Deenses, Kolofenses, Tordenenses, Vizaknenses, Homorodenenses, Paradienses, & S. Pauli, sal natuum proferunt.
- 6.) *Fontium quoque variae diminant scaturientes*, scilicet 1. aquae salutares, & quidem Hunyadienses, calidae, Albenses, frigidae; Csikienses, Oláh-saluenses, sulphureae;

Som-

Somlyoenses, item ac Verebenses. 2. *Aquae subterraneae calidae & salsa*e, Saltzburgenses; 3. Acidulae, inter quas, primum omnium, medicorum consensu, sibi Borgienenses, in sede Gyergyo scaturientes, locum vindicant, omnibus, si fides sit ipsis habenda, exterorum aquis praferendae. Has proxime excipiunt, Radnenses, Kirojenes, Homorodenses, Batzonienes, aliae. 4. *Aquae lapidescentes* Almasenses, in sede Vdvarhelyensi: Lacus etiam aliquot habentur in Transiluania, inter quos primus facile est ac maximus Hodos, siue ab adiacente pago Czege, Czegensis, in comitatu Doboka. Reliquos edifferit Benkö l. cit. §. 31. p. 74.

7.) Adfluit ager Transiluaniae, sicuti Hungariae, *in vegetabilibus* quidem, pascuis, herbis medicatis, frumento, leguminibus, vitibus & ligitatione, *in fossilibus*, auro (ii), argento, cupro, ferro, mercurio, cinnabari, antimonio, solari sulphure, vitriolo, sale gemmae, nitro, lapide rubro, creta; *in animalibus*, equis, pecore, apibus, varioque ferarum, auium filuestrium, atque piscium genere; *in quo vri* (rari iam sunt,) bonasi, tragelaphi, vrsi, apri, lincei, ru-

pi-

(ii) Imueniri in Transiluania aurum etiam subimie granulatum dictum, guttas, granaque aurea, ostendit Samuel Kälejeri in auraria Romano Dacica cap.

picaprae, martes, hermelli, atque castores, cum primis eminent. (k)

8.) Ex rebus his, metallum & sal, vſibus regiis, in Hungariam euehitur; inopiae rerum aliarum, cum primis arte factarum, ex Germania atque Turcia, per negotiationem consulitur.

§. 5.

Quod ad originem, atque indolem, diuersarum in Transiluania nationum, adtinet.

1.) *Natio Hungarica*, eiusdem, cum Hungaris, & originis & indolis, in Hungaros, atque Siculos distinguitur. Quorum illi, ex Hungaris, isti, quorum nomen custodem designat, ex Paczinacitis progeniti esse dicuntur. (l)

2.)

(k) Hae breuiter *Nicolaus Olabus*, in Transiluania natus, & educatus, apud P. Martinum Szentivanyi dissertat. Paralipom. Memorab. Hungar. P. I. p. 36. Est (Transiluania) agri fertilis, vini ferax, auri, argenti, ferri, aliorumque metallorum locuples, praeteraque salis plena; boum iterum, ferarum, ursorum, piscium, abundantissima, ut naturam incusare non possit, quin, omnia vitae necessaria, in eam contulerit regionem. Haec iusto ordine & eleganter exponit laudatus Benkö in Transiluania T. I. Lib. III. cap. 3. §. 58. seq.

(l) Siculi, genuini esse videntur Hungari, ita a munieris functionibus, ad quas fuerant obſtricti, denominati, qua de re Pray in Dissert. Histor. critica in annalibus Hunnorum &c. p. 123.

- 2.) *Natio Siculorum*, singularibus, cum ob antiquitatem generis, tum ob eximiam virtutem, ornata est priuilegiis; sed, quae iam, per longioris temporis abusum, sensim abrogata sunt.
- 3.) *Natio Saxonum regiorum*, partim ex Gepidarum reliquiis, partim ex hospitibus Saxonum, qui regnante Geyfa II. ex Germania in Transiluaniam demigrauerant (*m*), in unum coaluit populum, propterea, cum in agro regio collocata, tum regum adnumerata peculio. (Tres haec nationes unitae vocantur.)
- 4.) *Inquilinorum* (seu toleratorum) loco habentur, Germani, Valachi, Armenii, Serui,

(*m*) Gepidarum reliquias, Hungaros, in Transiluania, paucas, vel nullas deprehendisse, quiuis facile concesserit. Disputat de Germanis in Transiluania degentibus pluribus, *Ioan. Tröster in der alt und neu deutschen Dacia (Nürnberg 1666) II. Buch. I. Cap. pag. 107. seq.* Ceterum, Germanos in Transiluaniam, ex variis Germanicis prouinciis, Geyfa II. & aliis, post eundem, regibus, apud Hungaros sceptra tenentibus, immigrasse ostendit *Georg. Pray dissert. in annal. Hunnorum, Auarum, &c.*

Andreas II. in celebri illo priuilegio, quod Germanis Transiluanis anno 1224. concesserat, eos Teutonicos ultra Transiluanos vocat, apud *Toppelin. l. cit. Cap. III. p. 17. Pray in dissert. Historico. critica in annal. Hunnor &c. vult, pug. 164.* primos Flandros, dein alias Germanicas colonias in Transiluaniam venisse, & ibi se deposituisse.

uii, Bulgari, Graeci, qui, quoties Transiluanorum ciuitatis participes esse cupiunt, necesse est, ut vel in Hungarorum, & Siculorum, vel in Saxonum concedant societatem. Neque desunt Iudei, atque Zingri, eiusdem, cum Hungaris, & nationis, & moris (*n*). (Poloni, Russi, seu Rutheni, Moravi, vel anabaptistae.)

- 5.) *Indoles* populi, pro diversitate nationum, diuersa est.
- 1.) *Hungari* Transiluaniae, non minus ingenio, quam moribus, cum Hungaris, Hungariae incolis conueniunt.
- 2.) *Siculi*, non tam ingenio, quam moribus, & sermonis pronunciatione, ab Hungaris differunt. (*o*)
- 3.) *Saxones*, quamvis, & indole, & more antiquo, cui pertinaciter student, ab utraque gente discrepent, multum tamen aetate nostra ad Hungarorum accedunt ingenium.
- 4.) *Valachi*, (vel potius Vlachi, Graecis Blachi) incultum hominum genus, quod loco

(*n*) Zingaros, eiusdem cum Hungaris, esse nationis & moris, non audeo adseuerare. Incerta eorum est origo, incertum, quando in Hungariam, & Transiluaniam pertigerint. Legi de illis potest in *Wiener Anzeigen* *V.* und *VI.* Jahrgang.

(*o*) Reichersdorf in chorographia Transiluaniae scribit, eos, moribus, sermone, & vestitu, non multum ab Hungaris discedere.

loco montoso, in villis, rusticationis ergo, collocatum est, & ingenio, & moribus, & decoro, a reliquis nationibus dissident, ad furta & latrocinia cum primis proni. (p)

6.) *Sermo Transiluanorum*, pro diuersitate nationum, variat. Hungaricus eiusdem, cum lingua Hungarorum, & originis, & indolis, omnibus Transiluaniae Hungaris, Siculisque familiaris est. Siculi tamen, eum, crasso, atque diducto ore pronunciant, & in plerisque antiquatis Hunnorum vocabulis videntur. *Saxonicus*, cuius est in fundo Saxonico usus, cum Germanico Saxoniae inferioris, a quo deriuatur, multum concordat. Germanicus, reliquis Germanorum nationibus communis, longe ab eo distat.

H 2

(q)

(p) Reichersdorff. l. cit. p. 735. *Valachi*, eiusdem prouinciae (Transiluaniae) incolae, in quibusdam desertis possessionibus, & villis resident; genus hominum durissimum, nec nisi armentis, & pecoribus, plerumque etiam furtivo pecorum, & equorum abigatu, se alentes. Hi, more suo, pilosis, seu birstitis ex lana caprina contextis, suaque manu elaboratis, amiciuntur vestibus, nullis penitus legibus humanis obsequentes. Laurentius Toppeltinus in originibus, & occasibus Transiluaniae integro Cap. VII. de Valachis, seu Olahis, agit. Andreas II. in priuilegio Germanis Transiluanis concesso, supra excitato, *Valachos*, *Bla-*
cos vocat, illisque *Biffenos* adnectit.

- (q) *Valachicus* passim per Transiluaniam propagatus, &, ex Italico, atque Slavicō idiomate compositus, nullam cum linguis istis habet cognationem. *Armenus*, quo inuocatae in Transiluaniam Armenorum coloniae loquuntur, peregrinus est, isque Asiaticus.
- 7.) *Vestitus* omnibus Transiluaniae nationibus Hungaricus (r), Saxonum nihilominus feminis, (s) Valachisque, pro antiquo gentis more, peculiaris. (t)
- 8.) *Occupationum* par, apud Transiluanos, atque Hungaros, obseruatur ratio. Inter quos, Hungari, atque Saxones, litteris, militiae, artificiis, & negotiationi; *Valachi*, soli rusticationi; *Armenii*, atque *Graeci*, mercaturi cum primis dediti sunt.

S. 6.

(q) *Reichersdorff l. cit. pag. 786. Sermo Saxonicus, in Transiluania, ad communem Germanicam Colonensem linguam multo proprius accedit, quam alias linguae, &, a Suevo, atque Heluetio, non ita facile intelligitur, quam pieraeque septentrionales in Germania. Transiluani igitur, sicut ceterae omnes nationes Germanicae, habent peculiarem linguae dialectum.*

(r) De habitu Hungarorum, integro cap. 13. agit *Toppeltinus in originibus & occasibus Transiluanorum* pag. 105. seq.

(s) De hoc quoque vestitu idem *Toppelt. l. cit. Cap. 12. p. 98. seq. & Ioan. Tröster in dem alt, und neuen teutschchen Dacia, II. Buch. 10. Cap. pag. 214. seq.*

(t) Hunc quoque habitum laudatus *Toppeltinus Cap. 14. exponit.*

§. 6.

Quoad ciuilem Transiluaniae statum.

I.) *Regimen Transiluaniae*, ab Hungarico, prorsus distinctum, & communi principis, atque populi consensu, secundum *tripartitum* Verböczii, adprobatas constitutiones (*u*), ex antiquis, inde a separatione Transiluaniae ab Hungaris, latae leges, tempore Georgii II. Rakoczii collectas, ordinamque consensu firmatas, & compilatas *constitutiones* (*x*), pari conatu a Michaele Apaffio, cum consensu ordinum collectas, ad statum monarchico-aristocraticum (*y*) adstrictum, augustae domini Austriae, in eaque, utriusque sexus principibus, inde ab anno 1722. iure successionis, debetur. Prostant, & aliae recentius perlatae leges.

H 3

2.)

(*u*) Prodierunt Claudiopolitana in vrbe 1672. in fol. minori, lingua Hungarica adornatae, in quibus multa sunt, ad ius publicum Transiluaniae pertinencia eleganter exposita. Totum opus 250: columnis seu paginis absoluuntur. Est illud anno 1779. in Transiluania cum compilatis constitutionibus recusum.

(*x*) *Compilatae constitutiones regni Transiluaniae & partium Hungariae eidem adnexarum anno 1659 Claudiopoli in 4. sunt impressae.* Anno 1779. sunt recusae,

(*y*) Obtinere apud Transiluanos formam imperii monarchico-aristocraticam etiam *Valentinus Frank in breuiculo originum nationum, & praecipue Saxonicae in Transiluania.* (*Cibinii 1696. in 12mo. pag. 44.*) adseuerat.

- 2.) *Magnus Transiluañiae hodiernae princeps*, qui olim, per electionem liberam (z , iam vero , post annum 1722. per successionem hereditariam , ad principatum admittitur , coniunctam quidem cum rege Hungariae , & archiduce Austriae potestatem , ab utroque tamen discretam regiminis iuriumque habet rationem.
- 3.) *Tres sunt in Transiluania nationes*, lege receptae, Hungariana, Siculica, (a) & Saxonum , religiones quatuor , catholica, reformata , euangelica Lutherana , & unitariorum , seu Sociniana.
- 4.) Ordini Ecclesiasticorum, episcopus Transiluaniae (b), abbates , praepositi , sacerdotes cano-

(z) Haec in primis a morte Ioannis Sigismundi Zapolijii , inualuerat. Quae vero illius natura , & indoles fuerit , optime cognoscet ex approbatis *constitutionibus regni Transiluaniae P. II. Tit. 2.* vbi formulam sacramenti iurisurandi , per Sigismundum Rakoczy , & Gabriel Bathori , recitatam , ac conditio-nes principibus Gabrieli Bathori , & aliis , qui , post hos , principes erant Transiluaniae , occasione inici principatus per ordines propositas , adducit.

(a) Siculi omnes iuribus nobilium gaudent. *Reichersdorff. l. cit. pag. 787.* nemo , apud illos , ignobilis esse censetur , etiam si manu aratrum trahet , aut caprino gregi praesit.

(b) Sedem olim Albae habebat. *Reichersdorff. in Chorographia l. cit. pag. 794.* Subest archiepiscopo Colocensi. De altero episcopo Transiluaniae , vel Valachiae , Milkoviensi videlicet , & praeposito Ci-binienensi.

canonici, adscribuntur. Magnates, in summos regni officiales, comites, atque liberos barones diuiduntur. Nobiles, partim sunt Hungari, partim Siculi. Ciues regii soli appellantur Saxones. (c)

5.) *Administrator magnus principatus Transilvaniae*, potestate principis, & optimatum (magnatum & nobilium) consilio, per comitia prouincialia, cancellarium, gubernium regium, cameram regiam, comitatus Hungarorum & Siculorum, atque Saxonum sedes magistratusque (d),

H 4

6.)

binensi *Pray in differt. historicō - critica in annal. Hunnorū &c.* pag. 138.

(c) Nolebant isti huicdum admittere, ut alter aliquis, quam Germanus, apud eos, fundum aliquem conquereretur ciuilem. Fundamentum libertatis huius quaerunt, in laudato priuilegio Andreae II. in quo haec verba occurruunt: „ Volumus etiam, & regia „ auctoritate praecipimus, vt, nullus de Iubbagioni- „ bus nostris, villam, vel praedium aliquod (ad „ Teutones spectans), a regia maiestate audeat po- „ stulare: si vero aliquis postulauerit, indulta eis „ potestate a nobis, contradicant. „ Mirum est in tam coarctatis Transilvaniae rebus, potuisse Germanos, has libertates tueri, conseruareque. Accisas easdem quadamtenus queritur, *Valentinus Frank in breuiculo originum nationum, & praecipue Saxonicae in Transilvania pag. 44. seq.*

(d) Numerus eorum, qui in dicasteriis & collegiis his deprehenduntur, vt, & nomina eorum, ex titulari calendario cognosci possunt,

- 6.) *Comitia prouincialia*, (magni) principis auctoritate, Cibinium (e) ex tribus coacta nationibus, celebrari solent. Gubernium regium, in separato cubili confidet, nec nisi in grauioris momenti negotiis, in conspectum ordinum prodire solet, reliqui magnates, comites, & barones, cum nuntiis comitatum & vrbium, in eodem palatio conueniunt, simulque in medium consulere confuerunt.
- 7.) *Excelsa cancellaria Transiluanica*, quae, per prouinciam magni principis, expedit edita, Viennae est, nullumque in publicis negotiis expediendis, seu cum Hungarica, seu cum Austriaca cancellariis, nexus habet. (f)
- 8.) *Excelsum gubernium*, cuius sedes est Cibinii, publica principatus negotia, in rebus sacris & ciuilibus, ab anno 1693. principis procurat nomine. Moderatur ei *governator*, cum delectis, ex tribus nationibus,

(e) Olim Tordae in primis comitia regni habebantur, licet nulla lege id fuerit decretum. Ordinibus gratius esset, si comitia Claudiopolitana in urbe celebrarentur. De comitus plura legi possunt apud Benkö in Transiluan. T. II. Lib. IV. cap. 8. §. 183.

(f) Praeest illi *Iudas Thadaeus Anton Joseph Lib. B. de Reisbach &c.* Praeter hunc, sunt consiliarii & referendarii, secretarii, & alii, quod, vel solo ex calendario Transiluanico titulari cognosci potest.

nibus, iisque catholicae, reformatae, ac
euangelicae religioni addictis, consilia-
riis (g).

9.) Aerarium magni principis, quod fisci redi-
tus, dominiaque procurat, thesaurariatus re-
gii consilium adpellatar, Cibiniique conti-
nuum est. (b)

10.) Natio Hungarorum in Transiluania, ad ex-
emplum comitatum Hungariae, in comi-
tatus, & duos districtus, est diuisa. Primus
in quoquis comitatu est supremus comes,
huic proximi duo supremi iudices nobilium,
hos excipiunt vice comites, tandem se-
quuntur assessores, hos vero iudices no-
bilium. Districtus Kövar & Fogaras, a su-
premis & vicecapitaneis, reguntur. (i)

H 5

II.)

(g) Sociniani in gubernio amplius locum non ha-
bent. Ceterum, in gubernio eodem, praeter praefi-
dem, seu gubernatorem, episcopus Transiluaniae, pro-
ceres, nobiles, & Saxones aliqui, locum habent,
quorum nomina ex calendario Transiluanico titulari,
quod quoquis anno imprimitur, cognoscuntur,

(h) Statum cameralem, in specie vero thesaura-
riatum regium, vt anno 1770. in Transiluania fue-
rat comparatus, cognosces ex calendario Transiluan-
ico titulari. Recentius acquirere non potui.

(i) In comitatibus Transiluaniae plura sunt mu-
nera, seu officia publica, vt vocantur, quam in co-
mitatibus Hungariae. Cognosci possunt etiam ex ca-
lendario Transiluaniae titulari.

11.) *Natio Siculorum*, in 5. sedes diuisa (k), a totidem iudicibus regiis supremis (Föki-rály Birák) regitur (l): Habent tamen etiam filiales sedes quaeque suum iudicem regium, imperio supremo parentem.

12.) *Natio Saxonica*, in sedes nouem distributa, totidem iudicibus, ut vocant, regiis (Hungaris király Biró, Germanis Königs-Richter) subest (m). Qui autem duobus distri-

(k) Reichersdorff loc. cit. pag. 786. Ciculi, inquit, in septem sunt diuisi regiones, quas ipsi sedes vocant, quarum nomina sunt Sepsi, Orhai, Kisdi, Czik, Gyrgio, Markus, Szék Hungarico sermone appellatas, &c.

(l) Olim Vajuodae, post eos vero, principes Transiluaniae, comites Siculorum se scribebant. De Siculorum iuribus, & immunitatibus, adprobatae constit. regni Transiluaniae p. 148. seq.

(m) Reichersdorff. l. cit. pag. 790. Saxones in septem sedes distribuit, quas etiam enumerat, sed mox subnectit, dari adhuc duas, ab his diuersas, earumque caput esse ciuitatem Megiensem, (Mégyes.) Idein vero sequentia ibidein subnectit: „ Numerantur etiam in Transiluania, quoad pensiones taxarum, octo parochialia capitula praecipua, quae simul appellant universitatem. Bistricense capitulum, habet Bistriciam, cum 23. pagis regiis, Regnense capitulum, habet pagos plus quam 30. Barcense capitulum, habet Coronam ciuitatem, cum 13. pagis regiis. Kisdense capitulum, Segesburgam, & pagos 48. duarum sedium capitulum complectitur ciuitatem Megiensem, cum pagis 36. Cibiniensium capitula duo, quorum unum habet Cibinium, & pagos 23. alterum capi-

districtibus cum imperio praesunt, simpliciter iudices, Coronensis nimirum, & Bisztricensis vocantur (n).

13.) *Redituum eadem, quae, apud Hungaros, in Transiluania est ratio.* Redeunt namque ii, ex tributo, vectigalibus, metallo-

mine-

„ capitulum Cibiniense, quod vocant surrogatua,
 „ continet pagos circiter 22. Sabesiense capitulum
 „ habet Sabesum, cum pagis decem & septem. Va-
 „ lentin. Franke in breuiculo originum nationum,
 „ & praecipue Saxonicae in Transiluania, septem
 „ etiam sedes esse inter Saxones pag. 38. scribit.
 „ Ordo autem, *inquit*, sedium in sessionibus iste est:
 „ vt Cibinium metropolim, immediate Schesburgum,
 „ deinde Corona, Medjesius, Bistricum, Sabesius
 „ Groszschenk, Mercurium, rupes, Leschkirch, &
 „ Brosz, siue Saxopolis, Saxonicae terrae initium.
 „ *Plura in adprobatis constit.* regni Transiluaniae
 pag. 60. seq.

(n) Toti vero nationi praefest comes, in primis in cauiss, ad vniuersitatem, quam dirigit, appellatis cognoscendis occupatus. Scepusiensis prouincia Saxonum, ex 24. ciuitatibus olim conflata fuit, quibus etiam peculiaris comes praeverat. Inter Saxones, seu Germanos, Transiluanos, & Scepusios, olim magna morum, iurium & institutorum erat similitudo. Ceterum, comitis Saxonum mentionem iam Andreas II. in priuilegio Teutonibus ultra Transiluanis concessò, facit, & simul potestate eius sequentibus verbis exprimit. „ Volumus, etiam firmiter praecipimus, quatenus illus (Teutones in Transiluania) nemo iudicet, nisi nos, vel comes Cibiniensis, quem, nos, eis, loco, & tempore constituemus. Apud Toppelkin, loc. cit. pag. 20.,

mineralibus, sale gemmae, peculiis regiis, & bonis fisco principis adscriptis, pari modo, in aerarium publicum. (o)

14.) *Vires Transiluanorum olim quidem ad octoginta, vel nonaginta armatorum millia (p) extendi poterant.* Nunc sex tantum modo gubernatoris militaris imperio subiectae legiones stipendiatae, pro regione excubant, septem praeterea provinciales.

§. 7.

Quoad iusticiae in caussis ciuilibus & sacris administrationem.

1.) *Iustitia, in caussis ciuilibus, nomine, & auctoritate principis in infimis, atque, supremis tribunalibus, distincto tamen, pro-*

nu-

(o) Olim princeps Transiluaniae splendide fatis proque dignitate vixit, ministros, & aulicos multos habuit, & praeterea, Turcae tributum annuum soluebat. Milites quoque multos, aduersus hostem, dum necessitas deposcebat, educebat.

(p) Reichersdorff. l. cit. pag. 786. , quae tres nationes (Transiluaniae,) coniunctis viribus, & copiis, ad bellicam expeditionem instituendam, iuxta communem supputationem, ad nonaginta, & amplius millia armatorum suppeditant. Haec Reichersdorff. , Difficila tamen esset ostendere ex historia, aliquem Transiluaniae principem, 80000. armatorum aduersus hostem eduxisse. Raro reges Hungariae tantum exercitum Turcae opponere poterant. De re bellica diffusus & iusto ordine commentatur Benkö loc. cit. T. II. Lib. IV. cap. XI. §. 201. seq.

numero trium nationum, foro, administrari solet.

- 2.) *In regiis liberisque Saxonum ciuitatibus, cauffae ciuum, primum, a praetore vrbis, deinde, a senatu urbano examinantur. A quo prouocatio, in re dubia, ad vniuersitatem ciuitatum, cui regius nationis comes praeest, & inde ad tabulam regiam permititur. (q)*
- 3.) *In comitatibus Hungarorum, primum quidem iudices nobilium, deinde vniuersa nobilium communitas, actiones nobilium examinat. Quorum caufsa aequa ad tabulam regiam, in re dubia, adpellari solet.*
- 4.) *In Sedibus Siculorum, quibus peculiares sunt consuetudines priuilegiaque, iudices regii, vel propraetores, causas Siculorum cognoscunt, easque, in re dubia, ad comitem regium, & inde ad communem regni tabulam transmittunt.*
- 5.) *Tabula regia, (Maros Vásárhelyini sedem habens,) cui praeses, cum protonotariis, & assesso-*

(q) Valent. Frank l. cit. pag. 40. „ Superior magistratus (Saxonum), cui praecipue cura iustitiae incumbit, est index regius Cibiniensis, qui est totius nationis Saxonicae comes, vita durante confirmatus, cui accedunt alii quoque iudices, siue primarii illi sint, siue regii &c. „ Eadem plane est iustitiae administratio, in 16. oppidis Germanicis apud Scepusienses.

assessoribus, praefest; supremum est regni tribunal (r). A quo nihilominus caussae quaevis, in re dubia, ad gubernium, inde, ad curiam regiam, inde vero ad principis iudicium (s) appellantur.

6.) *Forum ecclesiasticum*, quaelibet religio proprium habet, ibique caussae ad ecclesiasticum forum pertinentes, diiudicantur, appellatione in tribus ecclesiasticis foris, excepto catholico, ad augustam admissa. Catholici, a sede sacra episcopali, ad archiepiscopum metropolitanum, & inde ad curiam Romanam appellant.

§. 8.

Quod ad sacram, & litterariam Transiluanorum rem pertinet.

1.) *Religio Christiana*, in catholicam, reformatam, euangelicam, socinianam, & Graeci ritus orientalem distinguitur. (t) Quarum prio-

(r) Pertinent ad eandem, praeter praesidem, tres magistri protonotarii, assessores, ex statu procerum, & equestris ordinis viri alii. Nomina eorum, qui in hoc dicasterio locum anno 1770. habebant, ostendit calendarium Transiluaniae titulare anni 1770. p. 9. 10.

(s) h. e. Viennam appellare possunt, quod etiam nonnulli faciunt. Tot & tanta per fora, caussa antequam transeat, multum temporis elabitur, & magna impensa facienda sunt. Plura de his, apud Benkö loc. cit. Cap. IX. § 192.

(t) Graeci ritus alii iterum sunt vnti, alii disidentes, qua de re infra. Graecam religionem in Tran-

priores quatuor, legibus regni; postrema singulari principis priuilegio, conseruantur, (u) toleratae propterea vocatae.

2.) *Religio Catholica*, inter Hungaros, Siculos, & paucos Saxones, propagata, eiusdem cum Hungarica, & iuris, & libertatis, episcopo uno regitur. (x)

3.)

Transiluaniam, Gylas, natus maternus Stephani Constantinopoli retulerat: mortuo tamen eo, frater eius Zubor, & huius filius, Gyula, ritu vetere Hungarorum, Deum colebant, & religionem christianam, in prima quasi herba, in Transiluania, suppriuebant. *Anonymous Belae regis notar. cap. 27. Anton. Büsfing. scribit in sua Geographia (Neue Erdbeschreibung im I. Theil vom Gross-Fürstenthum Siebenbürgen §. 4.) anno 1766.* animas Romano-Catholicas in Transiluania fuisse 93135. Heluetiae confessionis 140043. Augustanae confessioni addictas, 130365. Vnitarianorum, seu Socinianorum 28647. monet tamen simul, Augustanae confessioni addictos, & Socinianos, ibi plures deprehendi.

(u) Addi aliquid poterat de annabaptistis, seu Mennonitis, de quibus *Valent. Frank. loc. cit. pag. 34.*
 „ Anabaptistarum reliquiae visuntur adhuc, uno
 „ milliari prope Albam Iuliam, in oppido Vincz,
 „ quos princeps Gabriel de Bethlen, pro singula-
 „ ribus artibus mechanicis, a Moravia, in Tran-
 „ siluaniam transportavit. &c. ”

(x) Episcopus hic Albae sedem habet, ut infra ostendetur. Subsunt episcopo Transiluaniae 17. archidiaconales districtus & duo decanatus. Benkö l. cit. §. 127. Videtur olim alter quoque apud Transiluanos fuisse episcopatus, videlicet Milkouiensis, de quo inter eruditos est disceptatio. Sed, fuerat is

pq-

- 3.) *Ecclesia reformata* solis Hungariorum, atque Siculis propria, & a superintendente uno administrata, secundum in prouincia, lege publica, locum habet. (y)
- 4.) *Ecclesia euangelica*, quae apud solos Saxones, & paucos quosdam Hungaros, floret, in diuersos diuisa decanatus, ab uno superintendentे regitur. (z) Non est praeter eundem, superintendentem Heluetiae confessioni addictorum, aliquam potestatem, in aliquot ecclesiis Augustanae confessioni addicto-

potius Valachicus, de quo *Hancr in historia ecclesiae Transiluanicae Lib. III. p. 71.* *Timon in imagine nouae Hungariae cap. X. p. 90.* vbi monet, praepositos Albensem, & Cibiniensem, a rege nominatos olim, & a pontifice Romano confirmatos esse. *Pray in dissert. critico historicis in annales Hunnorum &c. pag. 138.*

(y) *Reformatorum* maximus numerus est in Transiluania. Plurimi ex ordine procerum, & nobilium, Heluetiae confessioni adhaerent. Inter principes Transiluaniae, primus fuit, qui eandem profitebatur, Stephanus Bocskay, quem reliqui, continua serie, sequebantur, vsque ad Michaelem III. Apaffi, ultimum ex ordine Transiluanorum lectum Principem, quod ex historia est notum.

(z) Augustanae confessioni addictorum superintendentis sedem habet Birthalbini. Ceterum, statum ecclesiarum euangelicarum in Transiluania exponunt *Georg. Hancr in historia ecclesiarum Transiluanicarum inde a primis populorum originibus, vsque ad annum 1694. Lips. in 12mo. 1694.* & *Martinus Schmeizel, de statu ecclesiarum Lutheranarum in Transiluania Jenae, 1722. 4to.*

dictorum habere. Ipsi enim ministerii eorum locorum candidati, in synodo reformatorum examinantur, examineque superato, a superintendente reformatorum, praetito primum ab iis, ad obseruationem Augustanae confessionis, iuramento, praesenteque semper decano euangelico, in ministros facrorum, eodem, quo reformati, ritu, consecrantur. Vice autem versa, nonnullae ecclesiae reformatae, subsunt euangelici superintendentis potestati ecclesiasticae. (a)

5.) Ecclesia Sociniana, vnitariorum, quae olim principatum in Transiluania tenebat, (b) mul-

(a) In Polonia adhuc maior est inter Augustanae, & Helueticae confessioni addictos, concordia. Apud unum eundemque facrorum ministrum sacra coena euangelicis non minus, quam reformatis, administratur.

(b) Non diu tenebat principatum, videlicet, sub inquieto & rerum nouarum studiosissimo principe Ioanne Sigismundo, quem, ad castra Socini, medicus eius Georgius Blandrata perduxerat. Ille vero, atque Dauidis, effecerunt, ut, princeps hic, non facile alios ad honores promoueret, quam qui Deo trinum bellum indicere non sibi duxerant religioni. Principe hoc mortuo, Socinianorum numerus sensim & sensim diminutus, & nunc, Claudiopolitana in ora plurimi deprehenduntur. Stephanus, Christophorus, & Sigismundus Báthori, in Romana Catholica religione stabienda elaborabant, & propterea, Iesuitas in Transiluaniam euocauerant, illisque domicilium concesserant.

multum, aetate nostra, decrevit, adaeque
vnius superintendentis curae commissa. (c)

6.) *Orientalis* graeci ritus ecclesia, cui Valachi & Graeci addicti sunt, bisarium, in ecclesiae catholicae redunitam, & ab ea dissentientem, distinguitur. Priori, episcopus unus cum sacerdotibus moderatur, posterior pariter habet etiam proprium episcopum. Huc spectant, praeter graecos, Armenii quoque, quorum quidam sacrorum diuersitate a Graecis distant, quidam sacrorum communionem cum catholicis habent. (cc)

7.) *Litterarum studia*, inter catholicos, in academia vna, & in diuersis traduntur gymnasii. Reformati, euangelici, & Socinianis, sunt aequae gymnasia, scholaeque, in quibus, prima humanae eruditionis fundamenta, ponni solent, (d) caetera, quae ad solidiorem rerum cognitionem pertinent, reformati, in

Hel-

(c) Ante quatuor annos confessionem suam aliquot positionibus publici iuris fecerunt.

(cc) Armenii Transiluani totum latinum ritum reperunt, excepto eo, quod idiomate Armenio sacrum peragunt. Sacerdotes eorum, vt latini, coelatum profitentur.

(d) Habent Helueticae confessioni addicti, in Transiluania, tria collegia, videlicet, Claudiopolitana in vrbe, Nagy - Enyédini, atque Maros - Vásárhelini, inter quae alterum primas tenet, multa principum, atque procérum Transiluiae liberalitate fundatum, atque dotatum. Est quoque typographia instructum.

Au-

Heluetia, & Belgio, Saxones, in Germania comparant.

- 8.) *Iurisprudentiam patriam*, in patuariis caussidicorum, addiscendi, eadem, quae apud Hungaros, est ratio. Iam tamen plerique, inter Hungaros & Saxones, iurisprudentiam patriam, cum naturali, & ciuili Romano-rum iure, copulant. (*dd*)
- 9.) *Insignium scutum* duobus cuspidibus dilatantibus, & deorsum tendentibus, a cephalii extremitate, in partes tres secatur. In quo, area prima, castra Hungarorum septem, in campo aureo; secunda, aquilam Siculorum, in campo rubro; tertia, solem & lunam Saxonum, aequa in campo rubeo, continent.
- 10.) Monetae cursus, exentiis nummis aureis, idem est, qui in Hungaria. Istorum namque valor florenis quatuor, & 16. aestimatur cruciferis. (*e*)

I 2

II.)

Augustanae addicitorum scholae praecipuae sunt Cibinii, Coronae, Schaesburgi, Mediae, Bistricii. Vnitorum, Claudiopoli & Tordae, Valachorum, Balassaluae & Coronae.

(*dd*) De scholis reformatorum, in primis collegio; *adprobatae constitutiones regni Transiluaniae P. I. Tit.*
10. statuta aliquot exhibent. pag. 16. seq. Docentur iam iurisprudentiae partes complures in academia Claudiopolitana, immo & in reformatorum gymnasiis.

(*e*) Numinos rariores aureos, & argenteos, saeculo XVI. & XVII. eruditio commentario illustrant

runt

II.) Transiluaniam, magnae principis nomine,
regit MARIA THERESIA augusta regi-
naque Hungariae. (f)

S. 9.

Dividitur Transiluania, pro nationum nume-
ro, trifariam: in comitatus *Hungarorum*, sedes
Siculorum, & fundum *Saxonum*; quod vero ad
iu-

runt Mart. Schmeizel, & Gottlob Agnethler in der Erläuterung gold und silbernen Münzen von Siebenbürgen (Halle 1748. in 4to.) & Gottfred Schwarcz in recensione critica Schmeizeliani de nummis Transiluanicis commentarii Rinteli 1764. Legi quoque me-
retur Samuelis Köleseri auraria Romano - Dacica, Cap.
III pag. 100. sequent.

(f) De mappis geographicis poterat aliquid adhuc auctor subnectere. In mappa regni Hungariae, magnus principatus quoque Transiluaniae deprehenditur; sed, separatim etiam, peculiarique mappa eundem, Ioannes Baptista Homann exhibit. Plurim deprehendens apud Benkö loc. cit. §. 13. p. 44. 45. De numero locorum adhuc aliquid notari potest Anno 1768. habebant Hungari in Transiluania 1602. Siculi 260. Saxones, seu Germani 413. loca, Fiscalia loca 76. adeoque in vniuersum loca erant 2351. Büscbingii neuer Erdbeschreibung 1. Theil, pag. 1448. (editionis 1770. anni.) Anno 1770. deprehendebantur in Transiluania urbes 8. oppida 56. loca taxalia 16. pagi 2462. adeoque loca in vniuersum 2542. Vide calendarium Transiluanicum titulare, in quo etiam series status militaris, cameralis, & alia memorabilia, deprehenduntur. Notandum tamen, calculo hoc contineri etiam, loca, in Zarandensi, Krasznensi, & aliis comitatibus ad Transiluaniam relatis, protestantia.

iurisdictionem adtinet, in regionem Hungarum, Siculorum, & Saxonum, loca item taxalia.

§. 10.

COMITATVS HVNGARORVM VII. occidentalem Transiluaniae regionem, eamque, inter Hungariam, fedes Siculorum, & fundum Saxonum, vsque ad meridiem immersam, cum valle Hacega occuparunt.

I. **SZOLNOK INTERIOR COMITATVS**, Belsö Szolnok Vármegye, die innere Szolnoker Gespanchaft, vtroque Samosio amne irrigatus, in regione superiori consedit. (Dividitur prouincia in circulum superiorem, & inferiorem, in illo 86. in hoc 108. loca, anno 1770. deprehendebantur (g)). Recensebimus oppida eius castraque praecipua.

- 1.) *Kazár-vár*, Kozarvarinum, castellum Samosio minori adpositum, ad Keyekesios pertinet.
- 2.) *Kaplán*, Kaplanum, castellum secundum, in iuribus comitum Haller, in inferiore Samosii minoris ripa sedet.

I 3

3.)

(g) Procurrit comitatus hic, vsque ad Cárpatum, in septentrione, abundat frumento, pascuis, piscibus, feris, & aliis ad vitae commoditatem spectantibus. Ab ortu habet Bisztriciensem, & partem Dobocensis comitatus; a meridie, Claudiopolitanum; ab occasu, districtum Kövár; a septentrionibus, Marmarufensem comitatum.

- 3.) *Dées*, Dés, Desium oppidum praestante, idque salinis inclutum, ad confluentem utriusque Samosii (b).
- 4.) *Szent Benedek*, sanum S. Benedicti, arx collis edito imposita, ad Samosium minorem, in possessione est gentis Kornisiana (medio supra Desium millari).
- 5.) *Bethlen*, Bethlenia, arx alueo Samosii maioris conclusa, & vallo, turribusque communata, inclutae genti Bethleniana, cui paret, nomen concessit. (i)
- 6.) *Retteg*, Rettegum, vicus (oppidum) copiosus & cultus, genti Mikestiana obsequitur.
- 7.) *Szamos Uj-vár*, Samosii Ujvarinum, oppidum frequens, mercatuque insigne, coloniae

(b) Vnus Samosius ex alibus Moldauiae, alter supra oppidum Vásárhely, e radice rupis cuiusdam ad meridiem sitae, oritur. Abundat incolis, salis tamen fodinae, oppidum in primis reddit memorabile. Sal hic terra exceptus, secundo Samosio, in Hungariam devehitur.

(i) Antiquissima haec gens in duas lineas dividetur, quarum altera Bethlen de Bethlen, altera de Iktar vocabatur. Est ea alias antiquissima, & saeculo superiori, viris celebribus abundabat, inter quos precipui erant: Gabriel, princeps Transiluaniae; Wolfgangus, auctor historiae Transiluaniae, cuius libri VIII. & pars quoque libri IX. lucem publicam conspexerunt; Ioannes cancellarius Transiluaniae, qui edidit epitomen rerum Transiluaniae ab anno 1629 - 1663. in 12; & Nicolaus filius Ioannis, qui compluribus scriptis inclaruit.

niae Hungaricae & Armenae, castro, quod Georgius Martinusius, apud Samosium minorem, construxerat, adiacet. (k)

(Notarii adhuc merentur:

Armenopol, oppidum circuli inferioris.

Decs-akna, etiam ibidem.

Keménye, a quo Keményiana familia denominatur.)

8.) *Incolae* regionis sunt: Hungari, Valachi, Armeni, & pauci Germani.

II. DOBOCENSIS COMITATVS, Doboka Vármegye, die Doboker Gespanschaft, in Hungariae finibus, Samosium minorem, cum Chrysio amné, transmittit, in superiorem, ac inferiorem diuisus (a septentrione, Szolnok interiori; ab oriente, Gyergyöienibus; a meridie, Colosiensi & Tordensi; ab occasu, Szolnok mediocri comitatibus coërcetur. In parte superiori 79. in inferiori 83. loca deprehenduntur.) Per pauca tractu eius continentur oppida.

2.) *Szent Mihály*, szent Mihály Teleke, in vico cognomine exstructum, heredium est gentis Tornaianae.

2.) *Dobocza*, Doboka, vicus vilis, a quo comitatus denominationem accepit.

I 4

3.)

(k) Mercatu olim florebat, Armeni, qui hic se deposituerant, maiori ex parte, ex Moldavia huc aduenierant, & rerum suarum egregie satagunt.

- 2.) *Appafalua*, Appaffsalua, vicus Iaxus, a quo incluta gens Appafiorum principum, denominationem traxit. (l)
- 4.) Incolunt regionem Hungari & Valachi.

III. COLOSIENSIS seu COLOSVARIENSIS COMITATVS, Kolos Vármegye, die Koloscher, oder Klausenburger Gesellschaft, Samósio minore, Chrysio amnibus irrigatus, in medio agri Hungarorum sedet, (orientem versus Tordensem, & Siculicam sedem Aranyas habet, ab occidente, montes, a meridie comitatum Albensem & partem Zarandiensis. Superior pars numerat loca 105. inferior vero 98. Ceterum, comitatus hic, piscibus praestantissimis, cerere, & aliis beneficiis naturae abundat.) In eius ditione sunt oppida arcesque

- 1.) *Buza*, Buza, arx Csakiorum, inter Dobokam, & Claudiopolim, ad dextram, a Samósio amne remota. (m)

2.)

(l) Appaffianam familiam esse perantiquam exploratum est, sed, num ad Attiam deduci queat, de eo, iure dubitat. *Auctor diarii Europaei, ad annum 1661. p. 868.* facit Mich. Appaffi praetoris Cibiniensis, *Ludolphus vero, in der Scbaubühne ad an. 1661 p. 1278.* equitis cuiusdam, in Saxoniae vrbe degentis filium. Vterque turpiter hallucinatur. Cibinii enim, nullus Hungarus nobilis, domum tenere poterat.

(m) Est posita in ora, quae magnam vim piscium prae-

- 2.) *Bontzida*, Bontzhida, arx loco amoeno, inter colles vitiferos posita, inter quos viuetum Vissaiense cumprinis eminet. (n)
- 3.) *Kolos*, Colos, oppidum salis natiui puteis nobile, a quo comitatus denominatur, infra loco campestri iacet.
- 4.) *Szamosfalua*, Szamosfalua, duobus excellens castellis, titulum antiquae genti Mikoliensi concessit. (o) (Reiecta ad fluvium Samosium minorem)
- 5.) *Kolosvár*, Klausenburg, Claudiopolis (p), vrbs frequens & ampla, ditionis Hungaricae (Samosio minori adiacens) metropolis est, academiam catholicam (q) cum resor-

I 5 , ma-

praestantissimorum in fluviis alit, quos in totam provinciam deuehint, & vendunt.

(n) Köleferius scribit cap. II. pag. 60. hic, anno 1701. aureas guttas esse repertas.

(o) Duplex hic est elegans castellum, alterum Kornisianum, baronum Mikoliesium alterum. Ceterum, vrbs Claudiopolitana, ab eo, medio tantum milliari distat.

(p) In antiquis documentis Clus (Clws) Colus Ovar, Clasvar, Colosvar vocatur, putaturque Belae III. regis tempore exstructa esse, qua de re prolixie & erudite disputat celeb. Stephan. Kaprinai in *Hungaria diplomatica temporibus Matthiae de Hunyad regis Hungariae P. I. p. 19. seq.*

(q) Hanc, Stephanus Bathori rex Poloniae, sumdauerat, dotauerat, atque Iesuitis tradiderat. Erecta vero est in eo loco, in quo antea Franciscanorum claustrum fuerat, quod, ex prolixis litteris Si- gis-

matorum & Socinianorum duobus gymna-
siis nutrit. (Habent quoque Augustanae
confessioni addicti hic templum & scholam)
In hac vrbe templique maioris sacrificia,
archiuum, nomine B. Mariae Virginis de
Kolos Monostra notum, refertissimum, col-
locatum est. (r) Pugnatum hic est, anno

1659.

gismundi regis, fundationis tempus, caussas, scopum,
leges, exponentibus, anno 1581. signatis, facile est
cognoscere, apud Kaprinay loc. cit. p. 40. seq. Si-
gismundo Bathori principatum tenente, inde Iesuitae
migrare debebant, anno tamen 1693. reducti, anno
vero 1698. templum vrbis primum, quod vnitarii
tenebant, illis traditum est. Neque praeter eundae
sunt sequentes fundationes:

Convictus B. M. V. in quo plures, quam centum, no-
biles iuuenes aluntur, & clerici aliquot; seminari-
um S. Josephi, in quo ducenti prope iuuenes, vi-
etum & habitationem habent, orphanotropheum S.
Emerici, cuius iuuenes sacro ministerio in templo
Thaumaturgae Virginis sunt addicti. Domicilia ad-
huc sunt hic, PP. Franciscanorum, Minoritarum,
& Piaristarum.

Arx in monte posita, vrbi imminet, in qua mil-
les praefidarius constanter excubat.

Vnitarii diuiduntur in duas nationes, Polonięam,
& Ungaricam, singulæ habent sua oratoria, aca-
demiam pariter, vti & reformati suam.

Maximum vrbis decus est effigies Thaumaturgae
B. V. lacrymantis, quae visitur, & colitur, in tem-
plo académiae.

(r) Praeter claustrum diuiae Virgini sacratum,
Franciscanorum, Dominicanorum, hic fuerant tem-
pla quoque complura, & inter illa, S. Lupi (Farkas,
seu

1659. acriter, Rakoczianos inter, atque Turcas. (s)

6.) *Monostor.* Kolos Monostor, Monasterium B. Scholafticae dicatum, abbatia Benedictinorum, prima PP. Societatis Iesu, apud Transiluanos sede, cognitum, haud procul ab vrbe remotum est. (t)

7.) *Gyalù,* Fényes Gyahí oppidum metallicum, arce ornatum, olim ad episcopos Transiluaniae, nunc ad comites Bánffy pertinet. (Vnius horae spatio, ab illa distabat, arx *Leányvár* dicta, cuius tamen iam nonnisi rudera visuntur.)

8.)

sea Wolfgangi) qua de re, vt, & de plateis, sub-urbiisque Claudiopolitanis, idem *Kaprinay loco cit. differit.*

(s) Est tamen vrbs haec, in primis natalibus Matthiae I. regis clara. Anno 1440. die 27. Martii, hora tertia matutina, Elisabetha Szilagyiana, eundem, hic, felici partu edidit, *Kaprinai l. cit. pag. 17. seq.* Matthias, patriae huic, quamdiu vixit, bene fauebat.

(t) Putatur conditor abbatiae huius Claudiopolitanae vrbi vicinae, fuisse Bela I. rex, quod *Kaprinay pag. 38. ex diplomate Belae IV. regis, anno 1263. concessō, probatum dat.* Stephanus Bathori, eandem, academiae Claudiopolitanae, a se fundatae, contulerat, cum vicis, & fundis ad eandem pertinentibus. Anno 1603. collegium Jesuitarum ibi subuensum est. *Kaprinai l. cit. pag. 47.* Afferuabatur hic tabulariu[m] prouinciae, quod tamen demum Claudiopolim translatum est.

- 8.) *Ezeres*, Ezeres, abbatia olim Monostorien-
si iuncta, nunc Mikesianis adscripta iuri-
bus. (u)
9.) Incolunt prouinciam, Hungari, Valachi,
& quidam Saxones.

IV. TORDENSIS COMITATVS, Torda
Vármegye; die Tordaer, oder Tordenburger
Gespanschaft, a Pocutia, ultra Marusii, &
Chryssi amnium confluentes, medius inter
Bisztriciensem, & Siculorum agrum, Colosien-
sem item, & Küköliensem comitatus cum prae-
cipuis propagatur oppidis. (Superior pars
numerat loca 98. inferior 75.)

- 1.) *Disznájó*, Disznajo, castellum elegans,
amni Marusio adpositum, extremum est,
ad septentrionem.
2.) *Vécs*, Véts, oppidum insigne, cui castel-
lum adiacet, in possessione gentis Kemé-
nyiana (ad radices montium, Siculiam, a
reliqua Transilvania dirimentium.)
3.) *Gergeny*, Görgeny, munitio propugnaculis
suis bello Rakocziano nudata, in iuribus
gentis Kaszoniana (ad amnem cognomi-
nem, in Marusium se exonerantem).
4.) *Regen*, Regena, oppidum elegans, situs
iucundi, in loco edito sedet.

5.)

(u) Propterea abbatia haec, ab aliquibus, filialis
vocatur.

- 5.) *Szent Ivany*, *Vajda Szent Ivany*, castrum loco amoeno positum, secessus fuit olim Vajvodarum Transiluaniae.
- 6.) *Gernyeszeg*, & *Szent György*, castra, structae mediocris, quorum prius ad gentem Telekianam pertinet.
- 7.) *Torda*, *Torda* (*Thorda*) oppidum amplum (ad *Crysium* fluuium, inter colles (x)) idque, cum aedificiorum structura, tum linguae Hungaricae puritate pereultum, & comitatus caput, loco hilari, estque, partim propter salinas (y), partim propter metallicas

Ro-

(x) Fluuius hic, ex radice montis Bihor, dupli- ci ex scaturigine, erumpit, pagosque vicinos, Bi- sztre, Lupsa, Offenbanya, Soltzva, Posage, primum praeterlabitur, vnoque, & medio, infra Tordam, mill- ari, recipit riuum, ex petrae, ad quam accessus non patet, fissura erumpentein. Petra haec, ad viuum milliare protensa, *Tordahasadék* vocatur, toto comi- tatu celebris est, fodinisque Romanorum capacibus notabilis, de qua versus elegantes, vide apud *Rei- chersdorff l. cit. p. 794.*

(y) Romani, in loco, quem *Torda* occupat, op- pidum habebant, quod *Salinae* dicebatur, a sale, qui ibidem in copia hodie dum eruitur. *Stephanus Samoscius in annalectis suis lapidum, & nonnulla- rum in Dacia antiquitatum cap. 9.* perhibet, suo tempore adhuc vnam portam oppidi veteris, ibi prostitisse. De civitate *Torda*, *Reichersdorff. in cho- rographia Transiluaniae pag. 788* sequentia narrat: „Quae ciuitas (*Thorda*,) versus meridiem iacet, „& licet, nullis sit muris, ac moeniis cincta, ta- „men satis ampla, opulenta, & diuersis merci- bus

Romanorum specus memorabile (z) anno 1455. aedificari coeptum, igne conflagravit anno 1531.

- 8.) *Keresztes mezö*, Prat de la Trajan, Pratum Traiani, campus crucum, in quo Traianus imperator, insignem de Dacis, & Deceballo rege eorum victoriam reportauit.
- 9.) *Toroczko*, oppidum fabris ferrariis memoriaudum, in ditione gentis Toroczkianae.
- 10.) *Toroczko szent György*, ferrifodinarum cultores multos alit.

(Sunt quoque in hoc comitatu, thermae praestantes, & venae ferri, in pago Teplicza, ad gentem Kornisanam pertinentes)

II.)

„ bus frequens, cuius incolae, & pecoruim, & iumentorum, & compascuorum, & agrorum, vni fructu ditissimi sunt; vt interea taceam, quain optimi vini ferax sit. Ad haec, salis fodinis tam celebris est, vt, vix parem in toto oriente fundum comperias, ibique praefectus camerarum salitum, perfungitur officio regis, &, ex salinis, Hungariae regibus annuam pensionem maximam tribuere solet: quain, vel eo nomine non paruam esse, facile iudicio elicere possumus, quod inde toti fere Transiluaniae seruiatur, indeque, sal, Budam, & ad alia pleraque loca extranea adhuc perferatur, atque euehatur, non sine magno regiae maiestatis commodo. „ *Salinas bas eleganter describit Born. loco cit pag. 137. seq.*

(z) *Kölleserius in auraria Romano Dacica cap. I. pag. 22.* vbi scribit, hic multa Romanorum aedificia, statuas, & inscriptiones prostatissime.

11.) Incolunt regionem Hungari, Valachi,
(Germani perpauci)

V. KÜKÖLIENSIS COMITATVS, Kükölo Vármegye, die Kükölier, oder Kökelburger Gespanschaft, cum amne Kochesio, quem Hungari Küköllö appellant, ad dextram in mediterranea recedit, haud multis oppidis, castrisque exultus (superior eius pars 50. inferior 35. loca habet). Inter quae

- 1.) *Rotnod & Ebesfalua*, arces duae, muro turribusque incinctae inde sequuntur.
- 2.) *Bonyha*, Bonyha, arx elegantis structurae ad gentem Bethlenianam pertinet.
- 3.) *Küköllövár*, Kokelburg, Küköllövarinum, castrum munitum structurae elegantis, ad annum cognominem, nomen mutuatum est comitatui (a)
- 4.) *Szent Miklos*, fanum S. Nicolai, oppidum eximium, & castris duobus, ex superiori & in-

(a) Duplex est anniis Kikelleio (Kikelö), maior, qui in montanis Schük oritur, & minor, qui in priorem se exonerat, &, tum non procul a Balásfalua, hic quoque in Marusium intuit. *Reichersdörff. l. cit pag. 793.* Arcem ipsam Georgius Martinusius monachus, Isabella principatum tenente, possidebat. Ab ea denominatur Ioannes de Kikullew, in ecclesia Transilvana, vicarius Strigoniensis in spiritualibus generalis, qui, Ludouico I. regi, a secretis fuit, & res eius gestas conscripsit, a M. Ioanne Thurocz chronicæ suae Hungarorum inferitus. Notes quoque, arcii vicina esse promonteria, vina optima fundentia.

inferiori latere clausum, amni Cochelio adsumtum est.

5.) Incolae regionis sunt Hungari, iisque interspersi Valachi.

VI. ALBENSIS seu ALBAIVLIENSIS COMITATVS, Gyula-Fejérvár, vel Károlyvár Vármegye, die Weisenburger oder Karlsburger Gespanschaft, inde secundo Marusio amne, versus meridiem remouetur. (b) (In tres partes diuiditur, quarum prima superior 69. altera media 84. tertia inferior 96. loca tenet.)

In eius tractu sunt.

1.) Enyed, Nagy Enyed, Enyedinum, oppidum copiosum, & gymnasio (academico) reformatorum celebre, in occidentali amnis Marusii tractu iacet. (c)

2.)

(b) Principein sibi locum inter comitatus Transiluaniae vindicat, cum, ob amplitudinem, tum, ob commune comitatuum Transiluaniae sigillum, quod per supremum eius comitem asseruatur. *Auctor topographiae magni regni Hung. pag. 32.*

(c) Ad distinctionem minoris Enyed, Nagy Enyed vocatur. Est locus elegans, qui tamen anno 1703. per flammas, ad depellendos Rakoczianos, per milites caesareanos injectas, magna acceperat damna. Existinatur anno 1239. Bela IV. regnante, conditum esse. Lingua Hungarica hic pura, & culta in usu est. Collegium, ex liberalitate principum Transiluaniae, magnas opes acceperat, & multi studiosi ex fundationibus hic accommodantur. Legi possunt de col-

- 2.) *Hoszu Afzu, Hoszszu Afzu*, vicus cum castello, genti Tomaianae obnoxius, inde ad dextram amnemque Küköllö recedit.
- 3.) *Balásfalua, Blasendorf*, vicus coloniae Valachicae, & sedes Valachorum episcopi, Enyedino ad dextram, in eodem tractu obiacet.
- 4.) *Szent Kirdly, Szent Király*, castellum elegantis structurae, in eodem tractu, ad gentem Banffianam pertinet.
- 5.) *Tövis, Tövisium*, oppidum coenobio PP. Paullinianorum nobile, prope Marusium confedit. (d)
- 6.) *S. Michel*, seu *Tótfalu*, castrum S. Michaëlis, arx structurae solidoris, rupi praealtae imposita, indeque haud procul dissita, ruinam minatur.
- 7.) *Fejér-Vár, Gyula Fejér-Vár, Weissenburgum, Alba Iulia, iam vero Károly Vár, Carlsburg, Alba Carolina*, a Carolo VI. reparatore dicta (e); vrbs est munita, & cum aedi-

collegio hoc, ea, quae in *adprobatis constitutionibus regni Transilvaniae Part. I.* 10. deprehenduntur.

(d) Paullinos huc comes Stephanus Apor, Carolo VI. regnante, iterum reduxit.

(e) Qui etiam splendide reparandam, & communiendam, ea in primis de causa curauit, quod principibus Transilvaniae, per 150. annos sedem praebeuerit. Vrbs, hic, iam tempore Romanorum floruisse, &, in amplitudine, ad 5. millia passuum occupasse dicitur.

aedificiorum structura, tum sede episcopi splendide, in Marusii amnis ripa, loco hilari posita, & campis, ac vinetis longe lataque circumfunditur (*f*). Sedes erat principum Transiluaniae, nunc monumentis eorum

(*f*) Ciuitas haec fere illum positum habet, quem Buda; habet colles complures vicinos satis editos, ad occasum planities se obiicit, ad duo millaria, usque ad montem S. Michaëlis protensa, quam aquarum ex rupibus vndique exsiliuentium, scaturientes, & vineae vicinae, amoeniores reddunt. Jesuitas, eo adduxerat, Stephanus Bathori, rex Poloniae. Habebat olim gymnasium reformatorum, basilicas, typographiam, & multa splendida aedificia, quorum plurima bello, quod inter Turcas, & Georgium II. Rakoczium, gerebatur, defoedata & destruta sunt. Bibliotheca quoque, libris & codicibus manu exaratis, magno sumptu comparatis, referta, eadem occasione, in cineres est conterta. Bibliothecae hujus olim praefectus fuerat, Michael Bars, in oppido Bars natus, & 647. extinctus, cuius epitaphium in templo Albeni erectum, exhibet Petrus Bod in Hungar. tymbaule continuato (1767. in 8.) pag. 80. Köleser l. cit. Cap. I. pag. 51. „ Tandem vicinis potentiis invisa (*Alba*) Georgii II. Rakoczii, in Polonos expeditione, a barbaris vindicata: Alba Jelia (quae tandem Julia nigra merito dicta) sede principali, omnibus, quae ad belli, pacisque artes, sagum, togamque necessaria, ac utilia sunt, funditus eversa, basilikis, gymnasio academico, bibliotheca locupletissima, ac aungimento, ex pristina Budensi nobilissima, typographia, ac monetaria, publicis, priuatisque aedificiis, ferro, flammisque deletis &c.

rum illustris (g). Habet quoque domum monetariam.

8. *Zlatna*, Zalakna, klein Schlatten, auraria parua, oppidum est metallicum, in quo diuites auri, & argenti viui venae, Dacorum ac Romanorum tempore iam cognitae, celebrantur, ad laeuam (b).

K 2

9.)

(g) 1541. Isabella vxor Ioannis de Zapolya, tradita Buda, barbaro, hic sibi sedem delegerat, ibique demum, in templo maiori S. Michaëli sacro, anno 1559. sepulta est. Qui, post eam, rerum apud Transilvanos potiebantur, hic domicilium habebant, usque ad Michaelem Appassii anno 1690. mortalitate int. ceptum.

(b) Denominationem accepit a Slauica vocula *Zlato*, aurum denotante, auraria quasi parua, quod Germanicum etiam Klein Schlatten indigitat. Christophorus Bathori Vajuoda, extraneos multos, in primis ex montanis Hungaricis locis, ad colendas fodinas, huc euocauerat. Ereverant hic multis officinas fusoria, excoctoria, separatorias, & alias, ad usum rerum metallicarum necessarias. *Kölejerius in auraria Romano-Dacica cap. I. pag. 50. seq.* *Reichersdorff* scribit pag. 794. Valachos, oppidum hoc, incoluisse. Confer. *auctor topograph magni regni Hungarie pag 339 Reichersdorff. loc. cit. pag. 796.* temporibus Traiani oppidum hic exstructum, & epigrammatibus aliquot Romanis exornatum fuisse, notat.

Valachi, oppidum hoc, pro metropoli nationis suae habent, & ad mundinas, quae in eo habentur, frequenter confluunt. Residet hic collegium metallicum, quod subest Cibiniensi cinaerae metallicaee, haec vero Viennensi. Datur quoque ibi exactor regius,

- 9.) *Borberek*, *Borbereka*, arx, in rupe praetexta, turribus, confirmata, oppido huius nominis imminet, loco ad Marusium opportuno. (i)
- 10.) *Alvincz*, *Bints*, *Aluinezium*, *Binsium*, arx olim venusta, (vno milliari Alba distat) morte Georgii Martinusii cardinalis cum primis memoranda (k), nunc tamen flamnis defoedata, priori trans amnem obiacet. Secessus episcopi Transiluaniae, ad quem pars notabilis oppidi pertinet.
- 11.) *Homorod*, *Homoròdum*, salis prouentu conspicuum, magis in austrum, secundo amne immergitur.

(12.)

gius, qui arenas, & ramenta, in flumiis collecta, certo quodam pretio, pifeti nomine insignito, a Vlaichis, & Hingaris, ex lotura hac auri viuentibus, eertis diebus redimere solet. In tota Transiluania, aurum simili modo collectum, & redemptum ad 8. vel 10. centenarios adsurgere perhibet, *Born loc. cit. pag. 108. seq.* vbi etiam varias fodinas hic prostantes eleganter describit. Confer. *Kôlejerius l. cit. cap. I. pag. 9. seq. & cap. II. integro.*

(i) Est a natura communita, ad quam accessus perarduus est, & difficilis. Recipiebant se, ad eandem, vicini, quoties hostis oras eorum vastabat. Francisci quoque sodales, ibi, olim claustrum habebant. Sal, qui hic eruitur, in Hungariam secundo Marusio mittitur.

(k) Caedem hanc exponit *Wolffg. Bethlen bistor. Lib. IV. pag. 173.* Cadaver deum Albam delatum, & tumulatum est.

- 12.) *Brad*, Brada, oppidum tractus cognitis
minis præcipuum, ad collimitium comita-
tus Zarandensis recessit.
- 13.) *Korös-Bánya*, Chrysi auraria, ad scatu-
rigines amnis Chrysii, inter oppida metal-
lica locum habet.
- 14.) *Abrug-Bánya*, Abrud Bánja, Awrud,
Gross Schlatten, auraria, oppidum frequens,
& cultum, caput est quatuor oppidorum
metallicorum, auri, ac argenti mineris di-
nies, sedesque camerae metallicae praeci-
puā (nunc iam haec est Zlatnae) supra, in
regione media (l).

(l) *Reichersdorff*. l. cit. pag. 776. „ Abrugbánja
„ diues auri oppidum, in cuius circuitu montes mi-
„ ra rerum omnium fertilitate, vsque adeo cumula-
„ ti, ut solerti terrae visceribus, thesauros regis
„ opibus non indignos, alat: neimpe, illic obrisum
„ aurum, patulis de montium verticibus, frustula-
„ tiū praeceditur, subter quorum valles, vitrei &
„ perlucidi annes, decurrunt, ex illis alpium iugis
„ demergentes; plures denique eo loco chrysolapi-
„ des, in opulentes, ac crebris chrysoplisis, id est
„ auri lauacris, inueniuntur &c. „ Idem pag. 794.
monet, ciuitatem, ex donatione Ioannis Hunyadis,
ad collegium sacerdotum pertinuisse, & aurum ibi-
dein erutum, Cibinii signari. Plura de eo comine-
morant Köleserius l. cit. cap. I. pag. 46. & Bom-
bardi in *topographia magni regni Hungariae* pag.
328. Homines, in hac ora, maiori ex parte, ex
cultu metallorum vivunt, quod eleganter exponit
Born. l. cit. pag. 114.

15.) *Offen-Bánya*, Offum-banya, Offenburg, oppidum adaeque metallicum, a furnis metallurgicis, (Ofen) nomen accepisse videtur (m). (Addi his possunt: *Keres bánya*, germanis Altenburg, ad fluvium Chrysium, seu *Keres-Rézbánya*, antea Kisbánya (n); *Maros-Ujvár*, supra ripam Marusii (o); *Szent Pál*, & *Radnot* arces (p, & *Kecszikó* rupes, ob fontes, quos emittit, qui ad morbos curandos cum fructu adhibentur (q).
IO.)

(m) De quo Köleserius lib. cit. pag. 49.

(n) De quibus Köleserius loc. cit. pag. 49. 50. vbi monet, Rézbányam, episcopo Varadiensi, Offenbanyam, certae familiae illustri in Transiluania, parere. Reichersdorff. vero loc. cit. pag. 796. Sunt, inquit, praeterea, in ea prouincia, montes, auri & argenti ditissimi, utpote Abrugbanya, Zalathna, & Keresbanya, ex quibus, magna vis auri & argenti sumitur, camerae regiae, pro cedendis tam aureis, quam argenteis monetis, adPLICatur.

(o) Est eleganter exstructa arx, & comitibus Mikes paret, qui etiam Csestvae, quod medio millari inde abest, elegans castellum habent. Fuerat olim Maros Ujvarini coenobium, sodalium Pauli eremitarum, quod Gobelinus episcopus Transiluaniae fundasse, eius vero successor Eméricus, multum auxisse perhibetur. Bombardi in topogr. magni regni Hungariae, pag. 327.

(p) Prior comitibus Haller paret, posterior, a Gabriele Bethlen aedificata, dein in potestatem Michaelis Appassi venerat, quam, post fata eius, viua tenebat.

(q) Ad scabiem & articularem morbum curandum

16.) Incolunt regionem Hungari, Germani, & Valachi.

VII. HVNYADENSIS COMITATVS, Hunyad Vármegye, die Hunyader Gespan-schaft, ad austrum, extremus, vsque ad Valachiam, & comitatum Temesuariensem exit. (Dividitur in districtum Haczeg, 80. loca, districtum Marus 92. loca, & vallem Marius, 125. loca habentem). In eius tractu sunt,

- 1.) *Folt*, & *Rápot* palatia duo, ad Marusium amne. Quorum illud, templariorum domicilio memorabile, istud acidulis nobile, Kafzonianae paret familiae (r).
- 2.) *Arany-Vár*, Arany Vára, arx probe munita, formae elegantis, in eodem tractu, plurium dominorum iuribus adscripta est. (s)
- 3.) *Branvicszka*, Branvitska, arx, secundo amne Marusio inde seiuincta, Iosikianis adiunetur herediis.
- 4.) *Illye* arx, non minus arte, quam natura communita, iisdem adserta est iuribus.
- 5.) *Dobra*, Dobra, munitio opere militari confirmata, ad fines Hungariae diuergit.

K 4

6.)

dum multam virtutem habere perhibentur. *Bombardi* in topographia magni regni Hungariae pag. 330.

(r) Folt, nunc Foltrianae familiae paret, cui vicinum est, *Babolna* castellum, elegans, olim Tóke-lianum, postea Nalaczianum.

(s) Praecipui inter eos sunt liberi barones de Kafzon, & Iosika, atque equestris familiae Földvárii.

- 6.) *Németi*, Németi castellum vico per amplio adiectum, infra Marusium amnem sedet.
- 7.) *Déva*; Decidava, oppidum amplum & frequens, cui arx rupi imposita imminet, ad dextram recedit. (t)
- 8.) *Hunyad*, Huniad, castrum antiquum, & Ioannis Huniadi, atque comitatus denominatione, illustre (u), cui, oppidum subiacet, (uu) rudus est in agro ferrifodinis nobili, emineens. Pertinet ad loca taxalia.
- 9.) *Nalacz*, Nalacz, castellum gentis Nalaczianae, magis ad meridiem recedit.

10.)

(t) Vbi Decebalus, a Trajano, deniclus, ne Romanum in triumphum duceretur, violentas manus sibi intulisse traditur. Pertinet peculiari iure ad magnum principem Transiluaniae. In vicino monte cuprum eruitur, de quo Ignaz. de Born in Briefen über mineralogische Gegenstände &c. pag. 95. seqq.

(u) Joannes Huniades, gubernator regni, & pater Matthiae Coruini regis, hic, in lucem editus esse perhibetur, de qua re in primis curiosa narrat Casp. Heltai, Bonfinii epitomator, in chronicō lingua patria conscripto pag. 81. seq. & Benkő in Transiluan. T. I. p. 559. Habuit etiam monasterium, quod, heros hic, pro Augustini sociis inchoasse, filius vero eius Matthias, persecisse, & Francisci Seraphici sociis tradidisse dicitur. Saeculo superiori ad familiam Tökelianam pertinebat.

(uu) Haec alias se habent. Castrum hodie dum inhabitatur. Visitur in eo capella, ex qua S. Capistranus ad concionem dicebat. Exstat & cubile, in quo, sub Ioanne Hunyade vaivoda, conuentus celebrabantur, modo vero ferrum ibi conferuntur.

10.) *Pöstöni*, *Pöstenum*, castrum validum, ad tutandas portae ferreae angustias, quas, Hungari, Vas kapu; Germani, Eisenthor; Graeci, Acontisma; alii, Orlae angustias, nominant, excitatum (x)

(Addi possunt, *Tot Varadgya*, prope *Branvitskam*, & *Koczvára* arces, (y) Nagyag mons, aurifodinis, saeculo hoc detectis, clarus. (yy)

11.) Incolae regionis sunt Hungari, & Valachi.

VIII. FOGARASIENSIS DISTRICTVS,
Fogaras, iuris Hungarici, comitatibus Hungarorum adnumeratur, quamuis fundo Saxonico vndique conclusus sit (numerat 63. loca. Habet, ab ortu, comitatum Albensem; ab occasu, sedem Cibiniensem; a septentrione, montes Valachiae; a meridie, partim sedem Nagy Singhensem, partim comitatum Albensem. Excurrit in longitudine ad 6. in latitudine,

K 5

ad

(x) Pertinet ad Tornyaianam familiam, habetque duo castella, vicina alia, *Barcsa* nimirum, a quo gens Barcsiana, & *Döskeni*, quod etiam ad gentem hanc spectat.

(y) Arx posterior arduae rupi imposita, natura fortissima est. Pertinet ad heredium Kendefianae familiae.

(yy) De quo Born in *Briefen über mineralogische Gegenstände p. 96. seq.*

ad viii. milliare (x). Regitur districtus per capitanum peculiarem

- 1.) *Fogaras*, Fogarasinum, oppidum copiosum coloniae Hungaricae, castro confirmatum, a quo districtus denominatur, in orientali amnis Alutae ora sedet, ad loca taxalia pertinens. (a)
- 2.) *Valachische Dörfer*, Valachi vici, coloniae Valachicae, australem insederunt regionem.

IX. VALLIS HACEGA, das Thal Haczeg, quae, vsque ad annum Syl, & montes, in iisque adpertas fauces Volkany, extenditur, ad 8. millaria, habetque 26. loca (aa). In queis:

Vár-

(x) Protegitur, partim montibus, partim fluo Aluta, planicie superbit eleganti, quam rivi pisco si complures interfescant.

(a) Acceperat ab ea axioma Thomas Nadasdy, cui terram Fogarasiensem Ioannes Zapolya anno 1530. contulerat, *Wolffg. Bethlen, histor. lib. I. p. 58.* vbi monet, cum omnibus, quae ad eam pertinent, ducatum quasi aliquem efficere. Idem l. cit. exponit dominos arcis, vsque ad Balthasarem Bathorium, quo decollato, ad fiscum regium rediit. Arcem hanc strenue tutabatur Stephanus Ma'lathe, praefectus Transiluanias, aduersus barbarum, qui tamen eundem fraudibus demum, circumuenerat, & captiuum in Turciam deduxerat. *Wolffg. Bethlen lib. III. pag. 138.* Oppidum hoc eam laudem habet, quod panem coquat, qui sapore & praestantia, nulli alteri Transiluanico cedit.

(aa) *Reichersdorff. de ea l. cit. pag. 795.* Est provincialis parua, in extrema Transiluaniae angulo, in qua

Várbeli, Varhelinum, veteris Dacorum *Sarmi*-*Zaegetbusae*: atque Romanorum *Vlpiae Traianae* rudera ostentat. (b)

Comitatibus Hungarorum adnumerantur etiam partes readplicatae in Hungaria Tibiscana, vtpote Szolnok mediocris, Kraszn. nsis, & Zaraudiensis comitatus, districtusque Kővariensis.

§. II.

TERRA SICVLORVM, in SEDES VII.
diuisa, aquilonarem regionis oram in ortum
por-

qua Haczeg oppidum situm; ea prouinciola a reliquo re-
gno separata, vndique montibus, & alpibus eminen-
tissimis circumsepta est, praesertim ab ortu, & meri-
die, ubi spaciofissimus transitus in Moesium, quae, no-
stro tempore, Transalpina vocatur. Quae regia ad 8.
milliaria se extendit, & quasi in medio umbilico sita
est, & ipso regionis nomine Haczeg appellatur, quod
oppidum Valachi mixtim Pannonibus cohabitavit.

(b) De quo auctor topographiae magni regni Hungariae l. cit. pag. 333. Köleserius in auraria Romana Dacica cap. I. pag. 23. seq. Reichersdorff. l. cit. pag. 265. ad plagam meridionalem huius regionis, adhuc apparent, & teruntur urbis amplissimae fundamenta, latissime porrecta, & parietes aedificiorum collapsi con-
ficiuntur, Várbeli loco nomen est, quod significat LO-
CVS VRBIS. Hic, singulis diebus, Valachos fere in-
venies, qui rudera vertunt, ac lapides pretiosos, at-
que numismata tam aurea, quam argentea, ex visce-
ribus terrae, variaque antiquitatis monumenta effo-
diunt. Notari potest, in Porumbak, loco districtus
huius, vitra excoqui, pro Transilvania.

orrectam, eamque Moldauiae inter montes subitam, & Marusii, atque Alutae fontibus irrigatam, infedit.

I. CSIKIESIS SEDES, der Zschiker Stuhl, Csik szék, cum GYERGYÓ, & KASZON, duabus sedibus filialibus, extrema est ad aquilonem, inter Moldauiam, Harom Szék, Udvarhely, atque Marusium, retrusa.

(In sede superiori Csik & Gyergyó sunt loca 32., in inferiori Csik & Kaszon 21. sedes haec alias rupibus magna ex parte est vallata, planitem habet elegantem, &, praeter Alutam, riuos aliquot.)

Praecipua in eius agro sunt loca:

- 1.) *Csik-szereda*, Szerda oppidum, in sede Csikiensi praecipuum, castroque communatum, mercatu illustre est.
- 2.) *Miko vára*, Mikovár, arx opere militari confirmata, & gentis Mikoianae gentilitia, haud procul inde distat.
- 3.) *Somlyó*, Somljo, vicus copiosus, frequenti celebratur gymnasio.
- 4.) *Szent Miklós*, Fanum S. Nicolai, oppidum amplum & frequens, sedis Gyergyóensis filialis, quae Csikiensi vnitur, caput est, prope ad Marusii, & Alutae fontes, & Ghemes alpium fauces.
- 5.) *Kaszony*, Kaszonia, oppidum mediocre, iuris Kaszoniani, sedis Kaszonensis filialis, quae,

quae, cum Csikiensi coniungitur, primum est.

**II. HARAMIENSIS SEDES, TRISEDI-
ALIS,** Három szék, der Három székische Stuhl, in ORBACIENSEM, KEZDIENSEM, & SEPSIENSEM sedes III. diuisa, inter agrum Csikiensem, Moldauiam, Bartziam, ac sedem Marusiensem, orientem versus, amne Aluta, interluitur. (Ab oriente adtingit Moldaniam; Vaiachiam, a meridie, a qua arduis alpibus separatur; ab occidente, Bareziam, & ipsam Coronam; a septentrione Albensem comitatum, cum Csikiensi & Kafzenyensi sedibus.) In specie vero:

III. KEZDIENSIS SEDES, Kezdiszék, infra Kafzonensem, latus obfitet orientale, cum paucis oppidis.

- 1.) *Kézdő - Vásárbelj*, Kézdiense Vasárhelyi-num, oppidum sedis cognominis primum, in orientali amnis Alutae ora iacet.
- 2.) *Kézdy-Szent Lélek*, fanum S. Spiritus kezdiense, castrum est rupi praealtae impositum, idque elegans, & munitum.
- 3.) *Bereczk*, Beretzk oppidum mediocris magnitudinis, a quo, iter ad angustias Ojtos, adperitur.

IV. ORBACIENSIS SEDES, Orbai Szék, eodem latere orientali procedit. In eius tra-
ctu sunt:

- 1.) *Zabola*, Zabola, oppidum arci subiectum, in cuius montibus sal natuum crescit, ad Mikes, atque Kálnoky comites pertinet, iacetque cum sequentibus locis in Orbacensi fide.
- 2.) *Kovaszna*, Kovasznia, thermis salutari- bus celebratur.
- 3.) *Papolcz*, Papulum, inter praecipua sedis loca refertur.
- 4.) *Zagon*, Zagonia, vicus est amplus, & copiosus.

V. SEPSIENSIS SEDES, Sepsi Szék cum MIKLOSVARIENSI MINORE, secundo amne Aluta propagatur. Adnumerantur ei amne secundo.

- 1.) *Szen György*, fanum S. Georgii, oppidum mediocre supremum, iacet ad omnem Alutam.
- 2.) *Körös Patak*, Köröspatakum, oppidum arce venusta ornatum, genti Kalnokiana subest.
- 3.) *Vzon*. Vzonum, inde ad dextram reddit, in iuribus Mikefianis.
- 4.) *Bikfalua*, Bikfalua oppidum, propter Buzam, montium in Moldauiae limite angustias, cognitum.
- 5.) *Hyefalua*, Hyefalua, oppidum eiusdem cum prioribus iuris, cis Alutam sedet.

VI. MIKLOS VARA, Miklos-Vár sedium Sepsi, Kezdi, & Orbacensis filialis, ut vocant, in qua praeter 9. pagos

1.) *Miklos-Vár*, Miklós vára, oppidum cùm arce, a qua sedes huius nominis denominatur, ad laeuam adiacet.

VII. VDVARHELYIENSIS SEDES, Vdvarhely szék, cum KERESZTVR, & BAR-DVCZ, duabus sedibus filialibus, coniuncta, in septentrione, Marusiensi; in ortu, Gyergyóienfi, & Csikiensi sedibus conclusa; ad occasum, sede Segesvariensis continetur, per paucis nihilominus cognita oppidis.

1.) *Almás*, *Homorod Almás*, tractus est specubus subterraneis, in quibus aqua stillat lapidescens, interstinctus.

2.) *Keresztür*, Székely Keresztür, oppidum montibus praealtis clatisum, a quo sedes huius nominis denominatur.

3.) *Barducz*, *Parducz*, oppidum copiosum, quod sale abundat, sedis cognominis primum est.

4.) *Vdvarhely*, Vdvarhelyinum, oppidum sedis cognominis primum, ad amnem Kükölö, gymnasio duplici, uno Romano - Catholicorum, altero Helueticae confessioni addictorum, notum.

VIII MAROSIENSIS SEDES, Maros szék, inter Gyergyóiensem, ac Vdvarhelyiensem sedes, in septentrione, ac ortu; in meridie vero, atque occasu, inter Albensem, atque Tordensem comitatus, amne Marusio interluitur (abit in superiorem & inferiorem cir-

circulum, in illo, 61. in hoc vero 67. loca sunt.)

In tractu eius perpaucā sunt oppida :

- 1.) *Szent Pál*, & *Szent Demeter*, arces duae sunt, quarum altera comitibus Gyulaffi, altera genti Redlianae paret.
- 2.) *Maros-Vásárhely*, *Maros Vásárbelyinum*, Agropolis, libera & regia ciuitas, in qua arx elegans est, praefidio mediocri instruēta. Est hic tabula regia iudicaria Transiluanica, ante 20., & amplius, annos, Megyefino huc translata, gymnasium reformatorum non incelebre Alba Iulia huc etiam translatum. (Habebant quoque Iesuitae hic domicilium. Reichersdorff vocat urbem hauc, Zekel Vásárhely, Saxones Neumark)

IX. ARANYIENSIS, seu **AVRATA** SEDES, Aranyos Szék, accepto ab Aranyas amne, cui adsidet, cognomine, inter Tordensem & Küköliensem comitatus, retru'a est. (A reliquis Siciliae sedibus longis interuallis se iungitur, &, omni fere ex parte, Tordensi, & Albensi comitatibus, constringitur. Numerat nonnisi 22. loca). Oppida eius sunt:

- 1.) *Bagyon*, Bagyona, oppidum insigne supra Aranyos, seu Chrysium, prope ad Marusium annem.
- 2.) *Keresztes*, *Keresztes Mezeje*, campus a fasciculis spicarum frumenti denominatus, propter Turcorum stragem memorandus est.

- 3.) *Szent Mihály*, fanum S. Michaelis, oppidum mediocre, infra, ad Aranyas amnem.
- 4.) *Gerend*, Gerendum, castellum gentis Keményiana, opere militari firmatum, idque elegans, priori ad Marusium obiacet.
- 5.) *Vár falua*, Varfalua oppidum, castello auctum, ad amnem Aranyas, in B. Iosika possessione est.
- 6.) *Fel-Vinczi*, Foldvincz, oppidum nobile, inde ad Marusium fluuium recedit.

§. 19.

FVNDVS REGIVS SAXONICVS in sedes nouem, & districtus duos diuiditur.

I. SEDES CIBINIENSIS, Hungaris Szeben-szék, Germanis Hermannstädter Stuhl, quam, in comitatu Albensi, sitam esse, & ab illo separatam, tum antiqua documenta, tum etiam a priscis temporibus, ad nos deriuata, vsuque quotidiano hodieum firmata styli forensis ratio, testantur. Ita enim in hunc usque diem iudiciales litterae habent: *in eomitatu Albensi, sedeque Cibiniensi &c. (c), sicuti,*

(c) Ab oriente, vicinam habet filialem Szerdahely; a septentrione, comitatum Albensem, & sedem Megyensem; ab oriente districtum Fogarasensem, cum filialibus, Ujegyhaziensi, Nagy- & Kis-Singhensi; a meridie vero, alpes, Valachiam ab ea dirimentes.

ti, vero in quavis sede Saxonica, vnicā tantum libera regiaque ciuitas, prostat, ita, in hac etiam est vnicā, eaque

1.) *Cibinium*, (d) Hungarī Szeben, Germanis, ut & ipsi Saxonibus, eius incolis, *Hermannstadt* (e), tam frequentia populi, quam opulentia,

(d) Et quidem ab amne Sibin, cuius nomen hominem Valachi retinent, penes urbem defluente Hungari illud, ad discriminem Cibinii, quod apud Sarosienses est, Nagy Szeben, seu maius Cibinium vocarunt. Cl. Kaprinay in *Hungar. diplomatic. temporibus Mattiae de Hunyad.* P. II. p. 501.

(e) Hermanni Villa, ab Hermanno antistite, ut aliqui volunt, cui in honorem hic prima ecclesia sacrata fuisse perhibetur, vel, a conditore nominatur. Vetus urbis sigillum sequentia verba circumfert: *Sigillum ciuium de villa Hermanni.* Domus ciuum, maiori ex parte rubris lateribus sunt testae, propterea Turcae illam *rubram ciuitatem* vocant. Diuiditur urbs ipsa, in superiorem, colli inaedificatam, & inferiorem, modice depresso loco positam. Auctor *topographiae magni regni Hungariae loc. cit. pag. 34.* Reichersdorff. vero urbis possum pag. 789 sequentibus verbis describit: *quae (urbs) in planicie sita, nullis prope montibus incumbentibus impeditur, quin se in admirabilem latitudinem aperiat, dupli muro munita, & fossis admodum profundis circumquaque, piscinis, lacunariibus que non paucis spatiose diffusis praecincta est; magnificis deinde aedificiorum structuris, turribus, & propugnaculis, suo ordine, & serie intersertis, induita, & ornata est.* Ita scilicet tempore, quo Reichersdorff scri-

lentia ciuium, atque aedificiorum venustate, prima omnium Transilvaniae vrbiū. Neque id mirum est, cum in hac vna vrbe, omnia fere Transilvaniae dicasteria, ut sunt, regium gubernium, militaris praefectura, thesaurarius regius, commissariatus bellicus, & prouincia is, sedem fixerint, ac proinde, maximus hic vndique populi fiat quotidie concursus. Est praeterea primo euangelicorum, in Transilvania, gymnasio illustris (f). Prostant in sede hac oppida ali-

L 2

quot

scripsit, vrbs fuerat comparata. Idem sequentia addit: hinc annua frumenta, in subterraneas foueas, ad multos annos, circa ullam publicae annonae iacturam, conseruandi gratia conferuntur: nec defunt modellina triticaria, ita laborata, ut nulla arte ab hostiis esuriem ciuitati molientibus eripi possint: adde: quod passim, per ciuitatis singulos vicos placidissimo flumine riulus decurrit. Vtinam plurimae ciuitates beneficio hoc gauderent! Bonfin. Dec. IV. Lib. I. Ci- binium, vocat, opulentissimam Transilvaniae ciuitatem.

(f) Romano - Catholici, hic olim habebant, cum praeposito, collegium canonicorum, quod archiepiscopo Strigoniensi suberat. Anno 1691. Iesuitae, illuc deducti, ludum celebrem litterarum appetuerunt. Sequebantur sodales Francisci. Est etiam in vrbe hac elegans orphanotropheum, augustae reginæ munificentia fundatum. Subsunt vrbi huic decem & septem pagi tributarii. Reichersdorff. l. cit. De officina monetaria, quae hic olim prostabat, P. Kaprinay l. cit. P. II. p. 101. notat, nummos, in ea, signatos, littera H, vel C, esse

no-

quot non inelegantia , quorum , duo in primis hic notari merentur , videlicet *Talmats* , *Talmatsia*. Alutam versus diuergens , & *Szeliszt* , *Szelista*, inde ad laeuam remouetur. (Addi possunt sequentia loca, *Turris rubra*, *Hungaris*, *Vörös Torony*, *Germanis*, Rheter Thurn (g) *Vizakna*, *Germanis*

notatos , ac duobus gladiis acuminatis acie inuersis , ac decussatim positis , quibus corona , ciuitatis insignia exhibens , incumbit , exornatos. Officina haec Albam Carolinam est translata , & nummi , qui hic cedulauntur , litteris C. A.; id est , Carolina Alba notantur. Eo nomine etiam vrbs est laudanda , quod , post cladem Mohacsianam , Ferdinandi I. partes sit secuta , & ultima fuerit in Transiluania , quae Ioannis Zapolyii imperiis se subiecerit. *Caspar Vrfinus Velius Sc. de bello Pannonicō (Vindobonae 1762.) Lib. II. pag. 34.* Postea tamen etiam , quoties se occasio offerebat , studebat partes Austriae sequi.

(g) Distat Cibinio duobus milliaribus , meridiem versus , ad radices alpium , qui sunt inter Transiluaniam , & Valachiam. *Reichersdorff. loco cit. p. 791.* sequentia de eo habet : „ quae turris (*rubra*) „ duobus a Cibinio distat milliaribus , vnde Turcis „ per strictissimas & angustas admodum vias , in Transiluaniam accessus est. Tradunt historiae , Turcas , tempore quondam iniustissimi regis Matthiae , in Transiluania profligatos , & in turpisissimam fugam versos , in praedicto loco rubeae turris , a summitate , quam in ea fuga consenserant , ob magnitudinem tanti ponderis equorum , in undam Aluti fluminis demersos , cœruiisse.

nis, Salzburg, a salinis, quibus commen-
datur, memorabilis (b). *Heltai* oppidum,
(i) & mons *S. Michaelis*, olim loca non
obscura (k)

II. SEDES MEDIENSIS, Hungaris Me-
gyes Szék, Germanis Megyiescher Stuhl,
nomen mutuata (l), ab vrbe libera regiaeque
Megyes, muro cincta, eaque sat ampla,

L 3 ad

(b) *Reichersdorff.* loc. cit. pag. 790. „ A pae-
„ dicta ciuitate Cibiniensi distant salium fodinae,
„ in Wiszagna oppido, quod alias Saxonice Salcz-
„ burg appellatur, vno milliari, ex quibus quotan-
„ nis ingens thesaurus conflatur.

(i) Idem *Reichersdorff*, loc. cit. p. 790. „Helta, ad
„ meridiem vno distans milliari (*Cibinio*), oppidum
„ mediocri magnitudine, & quodam castello muni-
„ tum, vbi falces messoriae, quae nusquam alibi
„ fabricantur, & plebeculae, ex communii messium
„ ac fructuum quaestu victum quaerere solent ma-
„ gis commodum. „

(k) *Reichersdorff.* loc. cit. pag. 791. „ Inde mons
„ *S. Michaelis* paullo infra Heltam, eodem fere
„ spatio distat, in cuius summitate insigne castel-
„ lum, ex quadrato lapide pulcherrime eductum,
„ in quo, coloni, ingruentibus bellicis temporibus,
„ res suas, & bona, ab incursu hostium fatis tute
„ conseruant. Adde, quod locus fertilis, & diver-
„ forum fructuum ferax, ex quibus incolae non me-
„ diocreem quaestum faciunt. „

(l) Est in meditullio reliquarum sedium, ab oc-
casu, comitatu Alba Carolinenfi; a septentrioue,
Tordensi; ab oriente, sede Segevuarienfi; a meridie,
Cibiniensi clauditur.

ad fluminum Kükölö maiorem iacente, nec
hoc solum situ, sed ipsa quoque aedificiorum
structura satis amoena. Est celebris collegio
PP. piarum scholarum, & augustanae confessio-
ni addictorum gymnasio (m). Est praeterea,
in ea, memorabile oppidum Berethalom, Be-
rethalmum, quod amplum est, & templum
in rupe praealta constructum habet. Prae-
bet oppidum superintendenti augustanae con-
fessioni addictorum sedem.

III. SEDES SCHESBURGENSIS, Hun- garis Segesvár-szek, Germanis, Schesbur- ger Stuhl (n), cuius metropolis est Sches- burg

(m) De qua *Reichersdorff.* loc. cit. pag. 792, se-
quentia habet: „ Megiensis ciuitas, quae in medi-
„ tullio Transiluaniae sita, serax vini, ac rebus
„ omnibus aliis, ad communem quaestum, & vi-
„ etum deseruentibus, satis reserta, &, clade quon-
„ dam Ludouici Gritti gubernatoris non incognita, „
De clade hac legi possunt. Nicol. Ilyanffi *bistor.*
Lib. XII. pag. 196. *Wolffg. Betbлен.* *Lib. II.* pag.
71. seq. Vrbs vero ipsa, a Germanis, anno 1146.
aedificata esse perhabetur, & quidem, vt aliqui vo-
lunt, in ruderibus peruetusti municipii, Romanis
media colonia nominati. *Auct. topogr. magni regni*
Hung. p. 346. Pertinere ad urbem hanc 24, pagos
monet idem *Reichersdorff.* loc. cit. pag. 790.

(n) Habet Megysensem ab occidente; a septen-
trione sedem Siculorum Marosensem; ab oriente;
Uduarhelyensem; a meridie, Köhalomensem. In

burg, Hungaris, Segesvár, libera regiaque vrbs, muro cincta, ripis flumii Kükölö adiacens, & anno 1196. fundata. Huius pars, in edito colle, pars, in eius cliuo, sensim in planitie desinente, structa est, quam, praeter ciuum copiam, platearumque, & domorum munditiem, ipsa etiam positionis ratio, salubrisque aëris temperies commendant (o).

IV. SEDES SABESIENSIS, Hungaris, Szász Szebes szék, Germanis Müllenbacher Stuhl, (p) mutuatur nomen ab vrbe libera regiaque, muro cincta Szasz Sebes (Müllenbach) quae, praeter fabricam templi maioris non inconcinnam, vitiferorumque collium insignem copiam, vix aliquid notatum dignum continet, ut tamen e ruderibus coniicere licet, temporis iniuria detritum non nihil ex veteri splendore dixeris (q). Hic do-

L 4

mus,

conuentibus sedium Saxonicarum, praetor Schesburgensis, tantum Cibiniensi locum priorem concedit. Habet pagos 16.

(o) In arce yrbis est templum S. Nicolai, amplus & artificiose exstructum, cuius opes, & pretiosa, anno 1607. surrepta esse dicuntur. *Auctio topographiae magni regni Hungariae* pag. 349.

(p) Denominatur a flumine praeterfluente Sebes, qui, ad Albam Carolinam, Marusio miscetur: habet a septentrione, Albam Carolinam; ab oriente, secundum filialem Szerdahely; a meridie, alpes Valachiam respicientes.

(q) Müllenbach, vrbs haec vocatur a Mühl amne, *Reichersdorff.* loc. cit. p. 793. ita eam describit; Zabesus

mus, in qua Ioannes Zpolya, diem suum anno 1540. obiit, ab incolis monstrari solet (r) Perhibetur vrbs anno 1150. fundata esse.

V. SEDES NAGY SINGENSIS, Hungaris, *Nagy Sink Szék*, Germanis, *Gross Schenker Stuhl*, cum oppido cognomine, sat quidem illo frequenti, sed, si id vnum excipias, quod pari, & suffragio, & iuribus, cum ceteris fedibus Saxonici gaudeat, nihil lectorum attentione dignum offerente. (Habet pagos viginti & duos).

VI. SEDES RUPENSIS, Hungaris, Köhalom Szék, Germanis, Repser Stuhl, in quo, oppidum eiusdem est nominis, nulla tamen re peculiari memorabile (Reichersdorffii tempore habebat sedes 15. nunc 18. pagos.)

VII. SEDES UJEGYHAZ Hungaris, Germanis, Löschkirchner Stuhl, dicta, cum oppido Uj Egyház, Löschkirchen Germanis,

befus ciuitas, non magno intervallo, ab Alba Iulia, in planicie, valle profundissima, aquis piscium foecundissimis, munita, quamquam non ita fortibus propugnaculis defensa sit: intus luculentis aedificiis exornata, quam primariam Saxonum sedem fuisse dicunt. Ob amoenitatem & aquarium salubritatem, Ioanni Zpolya, grata fuit haec ora. Bethlen hisz Lib. II. pag. 101.

(r) Legi possunt Nicol. Istvanffius, *histor. Lib. XIII. pag. 225.* & Wolfgangus Bethlen *histor. Lib. II. pag. 101.*

nis, a quo sedes denominationem accepit
(Praeter hoc oppidum, habet loca II.)

VIII. SEDES SZERDAHELYIENSIS, SZERDAHELY SZEK, Hungaris, Saxonibus vero Reiszmarker Stuhl dicta, nomen sumit ab oppido Szerdahely, seu Reiszmark, quod eiusdem est, cuius prius, considerationis; obtigit illi planities amoena.

IX. SEDES SAXOPOLIS, seu SZASZVAROSIENSIS, ab oppido Szafz Város, Saxonibus Brosch, sic nominata. Licet vero, nec oppidum, nec sedes ipsa celebritatem aliquam sit consecuta, id tamen observatione est dignum, quod inter omnes Saxonici fundi sedes, haec vnica est, vbi Hungari, cum Saxonibus, commixti viuunt, &, cum ad iurum ciuitatis, tum ad administrationis etiam ciuilis communionem admittuntur (s). Notari adhuc meretur Kenyér me-

(s) Aedificata esse creditur anno 1200. ab ipsis Saxonibus, & praerogatiis Claudiopolitanae vrbis, postquam haec iuris Hungarorum euasit, est consecuta. Degunt hic, praeter euangelicos, Heluetiae, confessioni addicti, & Valachi, graeco ritu vnitorum Deum colentes. Obtigit vrbi, solum, vini & omnium frugum feracissimum, cum filius densis, in quibus lepores, damae, & cerui in copia vagantur. Pisces quoque praestantes, ex Marusio, & annibus aliis, accipiunt.

20, panis campus latine, si voculas reddideris, planities aequoris instar profusa, reportata de Turcis anno 1479. Christianorum Victoria nobilis (t).

Sequuntur duo districtus Saxonici:

I. DISTRICTVS CORONENSIS, seu BARCIAE, Hungaris Barczaſág, vel Braſó Vidéke, Saxonibus *Burzenland*, ab amne, qui eundem interfluit, nominatus (u) Orientalis regionis oram saltibus circumdatam, in Moldauiae finibus occupauit. (Coercetur, a septenttrione & occidente, Aluta fluvio, cum comitatu Albensi; ab oriente, tribus sedibus Siculorum Három Szék nominatis; a meridie, alpibus ad Valachiam recedentibus. Quinque milliaribus in longum, duobus in latum pretenditur.) In eius ditione sunt:

1.)

(t) Reportata est victoria haec, de tumido feroceque barbaro, incomparabili virtute Stephani Bathorii, & robustissimi illius Paulli Kenesei, de qua Anton. Bonf. hist. Dec. IV. Lib. VII.

(u) Reichersdorff. p. 761. vel ab amne cognomine, qui id loci interluit, vel a radice, quasi dicaz, nostrate lingua, *Wurziam*, quae vulgo recepta est opinio hoc fortassis nomine, quod radix *Caronae* inserta, *Burtonis* sit insigne. Huius vero Burcziae pars est facile ornatissima, sed sic diremta situ, ut fere altera Transiluania videri possit. Clauditur enim undique montibus, a Ciculis fluuiq dirimitur, intus est cultissima, bortulum plane, si videas, dixeris.

- 1.) *Marienburg*, Marienburgum, Földvár, oppidum haud paruum, in australi amnis Alutae ora, castello munitum.
- 2.) *Cronstadt*. *Corona*, (Stephanopolis) *Braffo*, Brassouia, inter liberas, atque regias vrbes Saxonicas, cum frequentia, tum splendore, post Cibinium, secunda, caput est Barciae, emporiumque celebre, muro incin-

(x) Ex *Reichersdorffii descriptione* pag. 791 cognoscas, quae & qualis vrbs haec, eius aetate, fuerit: „ Corona, seu Brassouia, ciuitas mercibus Turcicis celebris, intra montes amoenissimos sita, moenibus, fossis, propugnaculis, satis munita, habet tria suburbia, distinctis vallibus posita, quorum unum incolunt Bulgari, alterum Hungari, Saxones agricultae tertium, per singulos fere vicos riuuli descendunt, saluberrima fontium scaturigine perpetui, Campos habet planissimos, longe lateque densis montibus cinctos, alpibusque altissimis, a Valachia transalpina diuiditur: frumento, & lino, praecipue abundat, estque quasi horreum vicinorum gentium. Studio liberali, prae ceteris, hoc tempore clara, estque ibi nuper constructa bibliotheca, qua nulla in Pannonia, post dissipata Budensem Mattheiae Coruini bibliothecam, cultior usquam fuit &c. „ Sigismundus imperator, vrbi multum favebat, &, in colenda, exhortandaque ea, nullis sumtibus parcebat. Bibliotheca codicibus rarissima, sumptuque magno comparatis referentissima, anno 1689. cum maxima vrbis parte, flammis destructa est.

cinctum (*x*) , in quo Romano-catholicum , atque euangelicum est gymnasium (*y*)

3.) *Zaiden*, *Zaiden*, Fekete halom , oppidum liberum , idque praerogatiuae eximiae , magis ad ortum recedit.

4.) *Rosénau*, *Rosnyó* , oppidum adaeque liberum , paris praerogatiuae , extremum est ad orientem , ex quo , ad Themis , atque Türczburg , seu Tertzvára , per angustas alpium Valachiae fauces , via adperta est.

II. BISTRICIENSIS DISTRICTVS , das Nößnerland , in extremam Transiluaniae oram , ad aquilonem , inter Maramarusiam , atque Galliciam , retrusa , & , a reliquo fundo Saxonico auulsa , (*z*). Haec praecipua habet oppida :

§. I.

(*y*) Iesuitae illuc anno 1694. deducti , scholas speruerant. Francisci sodales etiam domicilium ibi habent. Excipiebat vrbs hospitio olim & D. Clarae socias. Inter eruditos , in vrbe hac , in lucem editos , inclarerat , saeculo hoc , *Martinus Schmeizel* , qui , inter reliqua , commentationem edidit de corona , popularibus suis dedicataim ; de quo legi posseunt *Petri Bod Magyar Athenas p. 217.* & *Cl. Alexii Horany memoria Hungarorum P. III. p. 220.*

(*z*) Habet a meridie & occidente , comitatum Szolnokensem interiorem ; a septentrione , Maramarusensi , & monte Emberfö ; ab oriente , alpibus ,

- 1.) *Rudna*, Rodana, Rudana, oppidum metallicum, olim, ac hodie frequentius, in extremo septentrione est (a)
- 2.) *S. Georg Fanum S. Georgii*, vicus est copiosus coloniae Saxonicae.
- 3.) *Klein Bistriz*, Bistrica minor, siue Arida, vicus laxus, propter iter, per quod, ad *Tartar*, atque *Tirmenicz*, locorum inter alpes angustias, aditus patet, memorandus.

4.)

